
SYNONYMORUM SYLVA, OLIM A SIMONE Pelegromo collecta, & Alphabeto Flandrico ab eodem Authore illustrata: nunc autem è *Belgarum sermone in Anglicanum transfusa*, & in Alphabeticum ordinem redacta, per H. F. *& ab eodem denuò multis locis emendata, & aucta,*

Accesserunt huic editioni Synonyma *quædam poëtica, in poësi versantibus perquàm necessaria.*



LONDINI
Apud IOHANNEM BILLIUM,
1619.



Homines in seo diebus debent fer

m m m m a m

rubr... distant vati parxertabin,

dabat consilium homini..., et

tumbere lectis, sed facere dos ...

et non dare seo lantib, sed facere

sub tone frigido, Horatius ad m

quod robustus unde condiscere ...

quod est ... domo domo domo

angustiam et militiam, et non in ...

~~...~~ Concordia est destructio...

mum, nam Sibrites quando ibat ad ...

tunt equos cum illis, et docebat e...

A ... bone ...

omnibus homo qui erat ... killy ...

tunt ibat ad hostes suos, et illa docebat ...

Sittere hostes in crudeli bello, tunt

pugnare, illi senturunt omnes sit...

illis, tunt quando Sibrites veniebant

cum hostibus, inimici eorum in

cumtibus

ludere cum ~~...~~ equi ... r etixi

salire et equus iaciebat ...

Lites terribilis ira excitat inter

Lites terribilis ira excitat inter

Iram terribilem debet ...

...itast mo iurasse [illegible] nom

[illegible] dare ~~[illegible]~~ quoniam ea non

...nunt veritibus [illegible] vurilibus

...tua est mortalis sed non mort...

quod optas — domi

Ira est furor brevis

vitium animi ~~est~~ abstinendum est

[illegible] ira, quoniam ira ~~[illegible]~~ excitat

inter [illegible] et ira irritat [illegible]

[illegible] bellor.

[illegible] [illegible] excitat

[illegible] [illegible] [illegible]


[illegible] [illegible]

[illegible] quod [illegible] frun[illegible]

[illegible] hebdomada [illegible] nadorub

[illegible] hebdomade

[illegible] sat hebdomade



tas deridunt haeredes, [illegible] q summos

lib. 2 non gemmis neque purpura venale, nec au[ro]

ode. non enim gazae neque consularis summovet licto[r]

[mise]ros mentis, et curas laqueata circum tecto[s]

Scandit aeratas vitiosa naves cura nec turm[as]

for quit. ocyor cervis, et agente nimbos ocyor Euro

De amore patriae, [illegible]

tius Dulce et decorum est pro patria mori [illegible]

5 Dulce, et decorum est pro patria mori. mors et

virum, nec parcit imbellis iuventae poplitibus,

virtus, repulsae nescia sordidae, intaminatis fulget honoribus, [illegible]

aris sumit secures aut ponit secures,

aurae virtus recludens immeritis mori caelum,

via: coetusque vulgares et udam spernit humum

penna.

The roote of learning is bitter

The fruite is swete because no man

any thing gets out labour

can not learning gett in

Pugnate argenteis armis

Homine in sit debet estimari

ab magis magis quoniam nihil

sed pecunia potest vincere


fabulantur quod [illegible] solebat

[illegible] ferras et [illegible]

teus: invitat, apparatur; itur cœnatum. depromit
quicquid reposuerat in sumptum, et exhaurit omne pen
sepositis depelleat lautitiam. urbanus tamen, front
is, ruris damnat inopiam, urbis subinde laudat
ducit secum in urbem rusticum, ut, quae verbis iac
re comprobaret. ineunt convivium, quod urba
comparaverat inter epulandum auditur in sera murm
pidare illi, et ~~fugere~~ fugitare fugitando. rust
suetus et loci ignarus, aegre se tueri. discedente fa
t urbanus ad mensam, vocat rusticum. ille vix
metu deposito procepit. invitantem ad pocula
n, percontatur num tot periculum crebrum sit
t ille quotidianum esse; contemni oportere. tum
quotidianum, inquit? inopertulae tuae dapes plus
am mollis sapiunt. equidem malo cum securi-
m inopiam, quam cum tali anxietate illam

---

lim abies despiciebat dumos: iactat se procerum esse
aedibus, cum velo stare innanibus dumos autem
viles, nulli usui idoneos. quorum quidem tale
n; tu sane, abies, tuis gloriare bonis, et nostris m
alis. verum nec tua refers mala, et nostra pra
a. cum tu sananti detruncare securi, quam
in nobis, qui securi sumus, esse te similem.



6598
324
25392
91319

6 6598
9 7 324
25392
1212.

SYNONYMORVM SYLVA, OLIM A SIMONE PELEGROMO collecta, & Alphabeto Flandrico ab eodem Authore illustrata: nunc autem è *Belgarum sermone in Anglicanum transfusa,* & in Alphabeticum ordinem redacta, per H. F. *& ab eodem denuò multis locis emendata, & aucta,*

Accesserunt huic editioni Synonyma *quædam poëtica, in poësi versantibus perquàm necessaria.*




LONDINI
Apud IOHANNEM BILLIVM,
1619.

Elias

Ant

Honoro

Henry



CLARISSIMO VIRO DOMINO FRANCISCO WALSINGHAMO, Equiti aurato

Et Serenissimæ Regiæ Magistati à Consiliis. *H. F.* felicitatem precatur perpetuam.



Voties in animo meo complector (Honoratissime WALSINGHAME) *funestas & horrendas illas Christianorum strages ante aliquot annos Parisiis editas, ex quibus ego inter cæteros, cum summo vitæ periculo & discrimine elapsus sum: toties soleo de singulari Dei erga me bonitate, & apud me præclarè sentire, & apud alios magnificè prædicare: quòd me scilicet incolumem & saluum ex immanissimis illis Galliarum procellis, in pacatissimum istud Angliæ regnum, tanquam in tutissimum portum & asylum deduxerit. Cæterum vt hoc diuino munere & beneficio, factum esse libenter agnosco: sic etiam & eo nomine me multo fœliciorem esse semper existimaui, quòd ex illo vsque tempore, te patronum mihi indulgentissimum sortitus sim, cuius ego insignem beneficentiam toties sum expertus, vt infinitis officijs me tibi obstrictum esse liberè profitear. Hinc ego tanquam oraculi cuiusdam authoritate permotus, sæpissimè antehac (clarissime Patrone) de referenda gratia deliberaui: verum nihil hactenus oc-*

currit, præter exiguum istud munus literatum, quo me tot tantorumque tuorum beneficiorum memorem esse declarasse. Quapropter, vt extaret aliquod obseruantiæ meæ testimonium, in gratiam vestrorū hominū, ista Pelegromij cuiusdam Synonyma è populari & vernaculo Belgarū sermone in Anglicam linguam transferenda esse censui. Quæ quamuis eiusmodi fortasse non sint, vt delicatulis & curiosioribus quibusdam hominibus possint satisfacere: si tamen illa tibi ingrata esse non censuero, abundè magnum laboris mei fructum videbor reportasse. Summis igitur à te precibus contendo, vt libellum istum eo animo quo à me profectus est, accipias; & eundem in patrocinium & tutelam tuam recipere digneris: illud enim planè persuasum habeo, eum vel propterea alijs gratiorem esse futurum, quod splendidissimo tuo nomine, quasi eximia quadam gemma insignitus sit. Deus Opt. Max. Dominationem tuam, & ad Ecclesiæ suæ propagationem, & ad perfectam reip. confirmationem quàm diutissimè seruet incolumem. Londini 10. Octob.

Tuæ dignitatis studiosissimus, *H.F.*

IO. SERRANVS DE SYNONYMIS

Ad Lectorem.



T Studiosus delectum quendam Synonymorum habere possit, ac modum variandæ orationis per Synonymiam; nos ex paucis veluti per transennam indicabimus: Nam plenam ac perfectam doctrinam ea de re tradere, iam non est nostri instituti, nec illa breuibus vel paucis absolui posset. Quare exactam & accuratam methodum alijs relinquimus ac permittimus, quibus vel tantum ocij superest, vel quos id studiorum genus delectat. Nobis satis erit, si vel viam vtcunque monstrauerimus: Ea autem Synonymorum, siue per Synonymiam variandi ratio, primum ac omnium maximè ex Dialectica traditione desumi poterit. Nam Dialectica maximè omnium, & ante omnia id agit, vt doceat nos de rebus propriè, certò, appositè, verè, ac infallibiliter loqui. Ac ideo præscribit nobis, quomodo omnium rerum essentiam, siue existentiam, aut subsistentiam, genus, species, proprietates, conditiones, accidentia, quantitates, qualitates, relationes, actiones, passiones, tempora, locos, situs, habitus, dispositiones, formas & figuras, cognata, affinia, partes, similitudines, contrarietates, causas, officia, & effectus, sicut Dialectici Doctores præcipiunt, collocare possimus. Ex eiusmodi con-

ditionum, proprietatum, accidentium & causarum multiplicitate, nascitur rerum appellendarum & describendarum multitudo ac varietas. Primum enim à genere, sicut à patre, auo, &c. liberis imponuntur nomina vt Agamemnon dicitur à patre Atrides, Hector Priamides, Achilles, Æacides, &c. Et Romani dicuntur Dardani à Dardano, Æneadæ ab Ænea, Romani à Romulo. Deinde à specie oritur generalis appellatio, vt cùm hominem aliquoties animal vocamus, aut iustitiam, virtutem dicimus, & pium dicimus, qui omni virtute ac Christiana fide est prædítus. Secundò & à differentia sumuntur appellationes, sicut animus dicitur anima, eò quòd vegetat, Spiritus, quod contemplatur. Sensus quòd sentit, Animus quòd sapit, Mens quòd intelligit, Ratio quòd discernit, Memoria quòd recordatur, Voluntas quòd vult. Sunt enim quoad substantiam, eadem. Differunt autem eiusmodi qualitatum conditionibus. Sic etiam flendi varia est differentia: Flere enim est lachrymas plangere, & est hominum tantùm Lachrymare, siue lachrymari, est lachrymas effundere, & fit interdum sine sono, & transferetur etiam ad vices. Lugere est valdè flere, & est in luctu ac lugubri habitu esse ex obitu charæ necessariæq; personæ. Gemere est cùm præ angustia ex pectore sonus erumpit. Plangere, est percussione ac verberatione pectoris, capitis, vultus, aliorumue membrorum se dolore afficere. Plorare est voce flebili & effusa dolorem suum operire. Atque hinc proueniunt species, vt Animæ species sunt: Anima, Spiritus, Sensus, Animus, Mens, Ratio, Memoria, Voluntas. Fletus species sunt: Lachrymæ, luctus, gemitus, planctus, ploratus. Odores

boni

boni ſpecies ſunt: Sapor, acor, nidor. Mali vero: Fœtor, pædor, putor, rancor, ſqualor, ſordes, ſitus. Ac aliquoties eiuſmodi ſpecierum vocabulis promiſcuè vtimur.

Tum etiam à proprietatibus rerum fit denominatio, vt hominem à loquendi proprietate ſæpe loquacem, etiam locutuleium, item etiam dicacem, aliàs blateronem, blateratorem, aut etiam nugonem, nugatorem. Et ab edendo: Edacem, edonem. A bibendo: Bibacem: bibulum, bibonem, biboſum, bibaculum. Simili modo & ab Officiis ſortiuntur ſæpe varia ac multiplicia nomina, vt cùm Ioannes dicitur Baptiſta, Lucas, Euangeliſta, atque etiam medicus. Paulus, Apoſtolus. Et Iulius dictus fuit Tribunus: Quæſtor, Ædilis, Pontifex, Max. Prætor, Conſul, Cæſar & Imperator, ſcilicet ab officiis, quæ ſubinde geſſerat. Nam ita poteſtatum & officiorum innumera fere extant nomina. Ad eundem modum artifices ſua accipiunt nomina: vt, agricola, ſiue Agricolator ab agris colendis; Ruſticus ſiue Ruricula à rure colendo; Colonus à terra colenda. Hinc ſunt denominationes Fabrorum lignariorum, ferrariorum, ſerariorum, aurariorum, argentariorum. Eiuſmodi denominationes fiunt aliquando etiam à reliquis accidentibus, velut ab actione & paſſione. Nam Deus dicitur Factor & Creator cœli & terræ. Et quæ facta ſunt dicuntur facturæ & creaturæ, item opus manuũ eius. A tempore, ſicut habitacula quædam nominantur æſtiua, aut hybernalia, vernalia, brumalia ſiue hyemalia: Item homo ab ætate infans, puer, adoleſcens iuuenis, vir, ſenex, decrepitus. Sic adoleſcens dicitur Ephebus, & puella nubilis, apta, matura viro. Et ſæpe

 res

res pro temporis varietate varia ſortiuntur nomina, vt Hieruſalem dicebatur primùm Iebus, deinde Hieruſalem, & poſt deuaſtationem, Ælia.

A loco, vt qui apud Græcos dicebantur Philoſophi, apud Perſas Magi, apud Gallos Druydæ, apud Indos Gymnoſophiſtæ, apud Ægyptios Sacerdotes, apud Hebræos Prophetæ, apud Latinos ſapientes, & apud Aſſyrios Chaldæi nominabantur.

A ſitu, vt Hieruſalem, à monte Zion, etiam Zion appellabatur.

Ab habitu, vt Philoſophus, Orator, Poeta, Muſicus, Theologus, Iuriſta, Medicus.

A forma & pulchritudine, vt cùm aliquem nominamus, Venerem, Helenam: aut etiam deformitate, vt cum dicimus aliquem eſſe Therſitem, Æſopum, Corytheum.

A figura, vt quando menſarios orbiculos à rotunditate, orbes, ſiue à quadrata figura quadratas dicimus. Sic menſæ etiam Tripodes dicuntur.

A cognatis, vt ab Æmylio cognominatur familia Æmylianorum, ſiue Æmyliani, ab Iſraeli Iſraelitæ, ab Iſmaeli Iſmaelitæ, à Iuda Iudæi, &c.

A ſimilitudine, vt vbi hortos appellamus Paradiſos, puellas Veneres.

A contrarietate, vt cum bellandi exercitum bellum dicimus, quaſi minimè bellum, hoc eſt bonum. Aut quando per Ironiam aliquē vocamus Poetam, Muſicum, oratorem. Aut vt eſt in prouerbio; Tertius Cato, Octauus ſapientum, Alter Hercules. Sic & à cauſis variæ & diuerſæ ſumuntur appellationes: vt à cauſa efficiente, Occiſor, Necator, Interfector, Trucidator, Homicida, Patricida, Matricida,

Fra-

Fratricida, Adulteri, Mœchus, Mœchator, Pater, Genitor, Author ſobolis, Parens, Mater, Genetrix.

A materia, vt à terra dicuntur homines terreni, terreſtres, terrei, humei, quaſi ex terra humoque facti, Ianua ferrea: à literis literatus, literarum peritus, ſciens, expers. Sic librum ſiue volumen vocamus codicem à materia, eo quod ex corticibus olim compingebantur libri.

A cauſa formali, ſicut liber dicitur volumen à voluendo. Item fur dicitur Manticularius ſiue Manticulator, marſupicida, ſaccularius, peculator, ſuppilator, eo quod furando eiuſmodi formis & modis vti ſolet: manticulas enim atractat, vt furetur, ac inferens ſe confertæ multitudini, marſupia aut ſecat, aut artificioſo dolo aperit, euacuat & pecunias aufert. Tum à marſupiis ſecandis, ſiue abſcindendis marſupicida dicitur: vocatur & ſaccularius à ſacculis ſub veſte latentibus, in quos furtiuam rem reponit. Et peculator, quod aliorum bona furtiuè ſibi peculiaria & propria, ac ad ſe pertinere faciat. Et ſuppilator ab eo quod clancularie rapit. Sic negotiandi forma eſt, inire commercia, exercere commercia, ſiue mercaturam, mercare & contrahere commercia. Negociator enim à negotiando hiſce formis vtitur. Primum enim init commercia, hoc eſt, aggreditur mercandi negotium. Deinde inter negociandum exercet commercia, ſiue mercaturam. Tum qui vult mercaturam exercere, opus eſt vt mercetur, id eſt, Emat ac vendat merces. Poſtremo neceſſe erit, vt emptas merces in vnum contrahat atque comportet. Et cauſa efficiens, appellatur negotiator,

ciator, exercens commercia siue mercaturam, mercator. Sic etiam vxoris ducendæ forma est: Contrahere, inire matrimonium, iungi fœdere matrimonii, copulari, sortiri coniugium, vinculis iugalibus sese innectere, ducere vxorem: Nam matrimonii copulatio est quodammodo contractus. In istiusmodi verò contractu, duo iunguntur ac copulantur fœdere matrimonii, atque ita demum sortitur, id est, sorte siue fato quodam acquirit coniugium, atque seseita annectit vinculis iugalibus, ac postremùm ducit vxorem secum domum.

Pœnitentia siue pœnitendi forma est, duci pœnitentia, subire pœnitentiam, Agnoscere peccatum, errorem & culpam, Dolere, tristari, angi, cruciari propter peccatum, errorem & culpam. Timere formidare, horrere iram, minas ac iudicium Dei, pœnas cruciatus, ignes infernales, ac mortem æternam. Nam qui pœnitet, ducitur quodammodo à vita impœnitente, ad vitam pœnitentem; ab errore, ad veritatem; à peccato, ad iustitiam. Et qui patitur ita se duci, is quodammodo subit iugum pœnitentiæ. Et id fit dum tandem incipimus recte sapere, ac intellimus agnoscimusque hactenus nos errasse ac peccasse, nos incidisse in iram ac iudicium Dei, ac meruisse æternum supplicium: Huc vbi ventum fuerit, tunc incipimus dolere, tristari, mœrere, angi, cruciari, ac omnibus modis affligi, tunc cor incipit timere, pauere, formidare, ac horrere iram, minas ac iudiuum Dei.

A causa finali: Nam vbi tres causæ anteriores recto & iusto ordine pręcesserunt, tunc sequitur finis rectus ac bonus. Sin minus; sequitur finis prauus, vt vbi

vbi appellamus aliquem doctum, literatum, eruditum, gnarum, peritum, scientem, expertumque. Nam is solet esse finis bonæ institutionis. Eodem modo quoties appellamus aliquem Poetam, Oratorem, Musicum, &c. contra qui nihil discet, neque à quoquam institutus est, cum vocare solemus, idiotam, indoctum, inertem, inexpertum, illiteratum, rudem, &c. Nam is finis comitatur eos, qui disciplinam aspernantur, ac negligunt. Ita candide lector, vides vnde fiat, & quibus ex fontibus proueniat, quod sæpe vni rei plures appellationes ascribantur, & quod de vna eademque re plurifariam ac diuersis modis loqui solémus, ita tamen, vt semper eandem & nullam aliam rem intelligamus, nempe si Dialecticos locos (quibus vnamquamque rem describere ac definire solet) probè consideraueris, in iustum ordinem tibi præscripseris, memoriæque mandaueris, tum sæpe vel ex singulis aut plerisque ex locis vnamquampiam vel denominationem, definitionem, vel descriptionem desumere, atque orationem tuam variare poteris. Nam hoc ipsum & Grammaticus, & Dialecticus Rhetor agunt. Grammaticus enim, vbi tibi describit vocum significationes, ac vult tibi earundem significationem, rationem & causam reddere, tunc ducit suam rationem siue causam à quopiam istorum locorum & ait: Hæc res inde eiusmodi significationem habet, nempe à patre, à maioribus, ab eius auctore, ab officio, à loco, à situ, ab habitu, à tali forma, siue figura, à materia, propter hunc finem &c. Tum si inspicias, quos tradit Grammaticus varios loquendi modos, tum aduertes eiusmodi loquendi modos ex hisce promanare fontibus, vt cum

dicit

dicit. Dare negotium idem eſt quod mandare: Nam mandati cauſa finalis eſt negotium,ita vt qui mandatum velit exequi, negotioſus ſit neceſſe eſt. Dare palmam,idem eſt quod victoriam concedere. Palma autem ſignum eſt victoriæ, qui ergo palmam alteri præbet, ſignificat eum victorem. Dare effectum, ſignificat expedire. Qui enim rem aliquam efficit, elaborauit, abſoluit, iam offert, dat ac præbet ei, cui debet. Emungere pecuniam, id eſt, extorquere pecuniam à ſimilitudine. Facilius enim quiſpiam à quopiam è naſo mucum emungeret, quàm è ſene pecuniam adipiſceretur. Obire munus, eſt acceptare officium. Qui enim officium acceptat, videtur obire ingens negotiorum munus. Ita vbi libet, ſi modò animum aduertas, experieris in omnibus loquẽdi modis aliquam ſubeſſe cauſam. Sicut D. Eraſm. Roterodamus in ſuis Chiliadibus,nihil aliud agit, quam vt doceat, vnde, quibus ex cauſis prouerbiorum ſententiæ ortæ ſint. Deinde & idem agit Dialecticus in ſuo dicendi genere. Nam poſtquam rerum conditiones ac proprietates per locos ſupra nominatos edocuit, tum inde porro reliquam ſuam tractationem proſequitur. Docet enim inde conficere definitiones, diuiſiones, propoſitiones & argumentationes. Et daturus alicuius rei definitionem, ſumet eam, aut ex rei eſſentia, aut à genere per ſpecies, aut per propria, aut ab accidentibus, aut à cauſis, aut officijs, aut membris, &c. Deinde oſtendens definitionem, certitudinem veram, Synonymiæ rationem tradit. Docet enim definitiones ac propoſitiones conuertendas, atque ita experiri, an conuerſa æquipolleant. Nam primum poſtquam rem aliquam docuit definire ex rei ſub-

ſtantia

ſtantia, tum definitionem docet conuertendam, hoc eſt, aut ſubiectum in locum prædicati, ac prædicatum in locum ſubiecti collocandum, aut ſignis aliquibus abiectis aliquo modo commutandum: vt, potus eſt liquor ad bibendum aptus. Hac definitione data, iubet eandem definitionem tranſpoſitis vocabulis conuertere, ac ſic indagare, an definitio ſit vera ac certa, nempe ita: Liquor ad bibendum aptus, eſt potus. Ecce iam habes Synonymiam, nam vtro modo efferas: idem ſonat: Sic auaritia, eſt omnium rerum cupiditas, omnium rerum cupiditas, eſt auaritia, Et ſic agit Dialecticus in omnis generis definitionibus.

Poſtremò etiam Rhetor, etiam ſi omnia ornatè, eleganter, amplificè ac ſplendide dicere ſtudeat: & omnem ſuam dicendi rationem, ad applauſum, vel audientium, vel legentium inſtituat, tamen hiſce ſupra nominatis dialecticis locis, ceu fundamento nititur. Nam vtcunque rem amplificent, tamen cuncta argumenta ad huiuſmodi locos referri poſſunt, ſicuti illorum libri nobis multis & pleniſſimè tradunt. Huc facit etiam, quod Rhetores plurima de Schematibus, tropis ac figuris dictionum, locutionis ac ſententiarum præcipiunt. Huiuſmodi enim præceptionibus, nihil aliud agunt, quam vt nos erudire conentur, quam variis modis ac figuris eandem rem nominare, vel eandem ſententiam efferre valeamus. Quare qui Synonymiæ ac orationis variandæ rationem perdiſcere deſideret, is dicendi artes, hoc eſt, Grammaticam, Dialecticam, & Rhetoricam quam diligentiſſime ediſcat, præcipue vero Dialecticam, & maximè ea parte, vbi locos proponit, quibus rerum

con-

conditiones, proprietates, accidentia & cauſas explicat, quos quiſque ſibi quàm familiariſſimè efficiat, ac ita perdiſcat, memoriæque commendet, vt eos ad vnguem calleat. Sic enim & Grammaticorum & Rhetorum præceptiones quàm dexterrimè intelliget, & ad dicendi facultatem commodiſsimam viam ſibi parabit. Tum etiam plurimum faciet ad Synonymiæ rationem, qua diſcet de vna re plurifariam loqui, quos deinde loquendi modos ſibi quiſque ad ſuum vſum reſeruabit, quos poſtea ad quamuis cauſam pro rerum ratione ac circumſtantia accommodare potuit. Nam Synonymia & ratio variandæ orationis etiam eò valet, vt inde etiam vocum & orationis proprietas perdiſcatur. Vbi enim didiceris de vna re variè multiſque modis loqui, tunc iudicium eſt adhibendum, qua in cauſa, quo loco, quo tempore, apud quos, quiuis loquendi modus adhibendus ſit. Id quod quiſque vſu & exercitatione perdiſcet. Ad hæc non parum ad rem faciet, ſi ſtudioſus puer diligenter & aſsiduè verſetur in legendis bonis authoribus, ac in eis attendat & notet, quibus quiſque loquendi modis vti ſoleat, quo eorum imitatione etiam ſibi elegantem dicendi facultatem parare poſsit. Quamobrem, ſtudioſe lector, aliquot tibi in hoc libello ex bonis authoribus exempla propoſita ſunt, quibus & vti poſsis, & ad horum imitationem ſimilia & plura, effingere valeas. Vale.

CAR-



CARMEN DOMINICI Syluij medici Buſciducenſis.

SI ſtudioſe puer verborum diuite vena
Scribere, cum magna carmina laude paras;
Si ſcribenda tibi ſit epiſtola docta, Latini
Sermonis larga fertilitate ſcatens;
Hunc eme, quem varijs Pelgromius dotibus ingens,
Auctum, dat mira dexteritate, librum:
Quin, ne quid deſit, tibi Græca vocabula paſsim
Addidit, aſſueſcas ſcribere vt Argolice.



IOHANNIS NEMII HExaſticon conſtans Hexametro & Iambico Trimetro.

VT Philomuſe puer Romanum pangere carmen
Queas, habeto hanc verbulorum copiam.
Vt quoque epiſtolium ſcite conſcribere poſsis,
Diſcenda adeſt vocabulorum copia.
Vt valeas etiam coniungere Græca Latinis,
Smaragdinam hanc Pelegromij ſyluam pete.

IONICI GEORGII Macropedij.

SI Heliconis puer optas iuga adire,
Neque opacas, neque olentes aliorum,
Sed amœnam Pelegromi pete syluam.
Iter hâc est ad amicas tibi Musas,
(Modo credas) Latias atque Pelasgas.

HIERONYMI VERLNSI Gymnasirchæ Busciducensis Hendecasyllabum.

SI quæris Latiæ puer loquelæ
Voces, diuite personare lingua.
Huc gressus agedùm citos moueto.
Hîc vocum tibi cultior supellex,
Hîc oratio mundior paratur.
Vnus tanta dabit libellus, hunc tu
Vero nomine nuncupare si vis,
Cornu dicere copiæ licebit.

CORNELLII DIESTEMII hexastichon in Syluam Synonymorum Symonis Pelegromij.

SYlua refrondescens folijs purgata caducis,
Vernas, cum magno fœnore, fundit opes.
Hûc age, flecte pedes, nemoris spaciare sub vmbra,
Passim cum Latijs, Attica poma leges.
Hac insiste via, quoquo dare vela peroptas,
Ad metam, certo tramite, peruenies.

A

N Abbat, vide Bishop.
to Abash, to fray, to feare.

Conturbare metu
Terrorem, metum, vel pauorem alicui afferre, iniicere, incutere, & inferre, terrefacere, stupefacere, obstupefacere, obstupere, obstupescere, stupescere, stupere,
Terrere, & faciunt geminos ensis & vnda metus
Concussa pectora, animi turbati
Dum stupet, obtutuque hæret defixus in vno,
Obstupuit, steteruntque comæ & vox faucibus hæsit
Attonitus visu ac voce deorum,
Attonitis inhiare animis
Animo exterritus
Obstupuere animi, vide to feare.

Abashed, vide Astonied.
to Abate in a Reckoning.

Decidere partem, quod vulgo dicimus defalcare, detrahere, subtrahere, decurtare, Cic. Tuam partem dimidiam, quemadmodum vis, decide
Deducere partem, apud Afraneum, pro demere de summa
Deducere de rationibus

to Abate in courage, vide a Base minde, and dispaire.

to Abhorre a thing, vide to Loath.

To Abide, to suffer great griefes or paines.

Sustinere, pati, ferre dolorem immodicum, grauem, acerbum, incredibilem, qui vix ferri possit
Acutissimum capio, suscipio, haurio, traho, dolorem
Cruciatibus anguor, conficior, excrucior, torqueor, vexor, perturbor, frangor, discrutior, diuellor, dirumpor, perimor, interimor, exanimor, opprimor, perdor
Omnes mentis meæ partes dolor exagitat, diuexat, perturbat, afficit, grauat
Concidit, cecidit animus ictu doloris, vi curarum, concursu molestiarum labefactatus, convulsus, percussus est.
Iaceo in mærore ac sordibus
Curis & ægritudine maceror
Contabesco acerba solicitudine, graui cura, angore, ac mœrore, vide to suffer.

to be Able, or May, or can.

Valere
Posse
Queo, Salust.
Potesse apud Comicos
Habere potestatem, facultatem.
Vires, vim habere
Potens esse
Viribus valere ad aliquid agendum.

Able, vide Apt.
not Able.
to Abolish, to undoe, to disanull, to Repeale.

Irritare, Irritum facere
Cassare, Infirmare
Leges rescindere
Decreta scindere, Reuellere
Inualidum reddere

In nihilum redigere. Tollere
Retexere, Reuocare
Leges, tabulas reficere, frangere
Abrogare, Antiquare, Abolere
Annihilare, ἀκυρῶν
Consuetudinem malam radicitus euellere 8. distinct
Inducere decretum, Senatusconsultum, Sueton
Inducere locationem, pro irritum facere contractum, & abrogare, Cic. Hic ager omnis quoquo pacto coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur
Rumpere rogationes
Edicta rumpere, apud Horat.
Errores crassos cacoethes, abusus, superstitiones in Ecclesia subnatas abrogare, tollere, expungere, corrigere.

Abolished, vide out of Use, absolute, perfect.

Perfectum. Absolutum
Completum. Plenum
Summum, Elaboratum
Expolitum. Perpolitum
Expletum omnibus suis partibus
Omnes numeros habens, vt Stoici dicunt
Dexterum, id est, perfectum Virg.

to Abstaine from meat.

Cibo parcere, parcius vti
De cibo detrahere, temperare, abstinere, moderari, vel ei cibum minuere.

Abundance, Plenty, Store.

Abundantia, Exuberantia
Multitudo, Affluentia
Opulentia, Sacietas, Plenitudo
Copia, Luxus, Vbertas
Prodiga rerum luxuries, vel ria
Redundantia, quam vulgus superfluitatem vocat.

Abundant, Plentifull.

Affluens, Profusus
Abundans, περιοσεύμενος
Redundans, Superuacuum
Superfluum, Superuacaneum
Huber, Exuberans
Copiosum, Cumulatum
Diues, Locuples
Supra vota suppetens.

Abundantly, Plentifully, or Copiously

Abundè, Abundanter
Vbertim, Profusè
Vberrimè, Dapsilè
Affluenter, Satis, superque
Copiosè, Affatim
Largiter, Largè
Locupletissimè. Cumulatim
Cumulatissimè, Plena manu
Pleno cornu, Ampliter
Opimè atque opiparè. Plaut. vide.

to Abound in great plenty, to haue great store.

Abundare. πληθύειν, Redundare,
Scaturire, Superare
Superabundare, Exuberare
Superfluere. Profluere
Affluere tam bonis quàm malis
Copiam habere magnam & luculentam
Supra modum quippiam possidere
Circumfluere, Cic. ad At. 2
Circumfluens gloria, Scatere.

Acceptable, vide Deare, to account or reckon.

Reddere, seu etiam facere rationem expensam
Referre rationem seu impensam
Impensam ad calculum reducere
Computare, ψηφίζειν
Calculum ponere seu rationem
Supputare
συναίρειν λόγον, in Euange.

Ratiunculam reddere
Ratiunculam subducere
λόγον τῷ λόγῳ ἀποφέρειν,
Sumptuum rationem subducere
ἀκριβολογεῖσθαι
Calculare, Ratiocinari:
Ad Calculum reducere. Cicero
Facere calculum
Ducere rationem. λογίζεσθαι
Subducere ad nummum
Facere computationem, apud: Asco
Dare calculum, rationem
Rationem iure
Ad circulos notare
¶ Rationem rectè, scite subducere,
Rectam rationem colligere to cast a true accompt, constanti ratione.

My accompts being cast vp, I shall know my Losse.

Putatis, Supputatis, Ductis, subductis rationib. rerum mearum faciam; colligam, percipiam, perstringam, conficiam, deprehendam, intelligam, sentiam rei familiaris Iacturam, Damnum, Detrimentum.

an Accompt, or reckoning.

Ratiocinatio, λόγος
Supputatio: Subductio
Computus, & computatio vulgo dicitur, sed minus Latine
Expensarum ratio, apud Ciceronem est ratio sumptuaria,
Ratio dati & accepti, expensi & accepti: Calculus
Tabulæ accepti & expensi
Conficere tabulas, rationes in ordinem, quod vulgus dicit Registrum facere in quo scilicet accepti datique ratio notatur
Expensi, impensiq; rationem describere to write a reckoning
Codex, liber rationarius, registrum vulgo dicitur. a reckoning booke.

to ouersee or examine an Accompt.

Rationes dispungere, significat data & accepta conferre, excutere & examinare. Hinc dispunctio pro diligenti examinatione percunctationeque accipitur vt scribit Alciatus, quod veteres soliti fuerint rationes, quū data & accepta constitissent, transuerso puncto confodere. Rationes diu peractas absolutasque recognoscere.

of no Accompt.

Nullius pretij, Infime conditionis, obscuri loci, nullius ordinis
Despectus, abiectus, contemptus
Nulla maiorum laude commendatus honestatus, nobilitatus.

a master or Auditor of Accompts.

A rationibus. A calculis:
Ratiocinator, quem Cicero vocat calculatorem
¶ Magister rationum Curiæ, quem Contrarollarium vulgo vocant, controuller.

of one Accord, consent, heart or will.

Vnanimis, vel Vnanimus
Concors, Consentiens.

with one Accord and Consent.

Vnanimiter
Coniunctis sententiis
Concorditer
Vna mente, vno ore, Pari voto & vno consensu vno animo atque vna voce, vide Consent.

to do a thing with one Accord or consent.

Composito rem gerere, agere, facere
Ex pacto ἐκ συνθήκης, composito rem gerere
Facere de compacto, apud Plaut.
Ex composito, ἐκ παρακλήσεος
Composito factum est. Terent.
Nihil non ex composito fecimus
Pactum seruauimus. Plinius.

to Accuse one, or to lay to his charge.

Arguere aliquem furti, pecunię interuersæ
Dicam scribere vel impingere
Crimen obiicere, pro quo inferre crimen Cicero dixit
Crimen intendere
Accusationem contra aliquem instituere
Contra venire. Cice.
Crimen impingere, quod Græci δίκην ἐπάγειν dicunt
Δεῖξιν δῦναι κατὰ τινος
Reum agere, Accusare, poscere
Incusare, Culpare
Insimulare, Sugillare
Criminari, Deferre aliquem:
Aliquem in crimen vocare:
Furti aliquem alligare, agere:
Crimen conferre, coniicere in aliquem
Crimina congerere
Iudicare reum
Acquirere capite vel capitis, pro criminaliter, contra aliquem procedere
Similiter Accersere vel arcessere, aliquem in iudicium capitis, Cic. vnde Capitis accersiri, **to accuse of a deadly offence or crime**, apud Plutarchum
Capitalibus criminationibus, mendacibus calumniis capitis aliquem expetere
Calumniari
Criminibus falsis insimulare
Falsum crimen intendere in aliquem **to accuse falsly.**

not Accustomed to labour.

Nondum es assuetus, assuefactus laboribus
Labores ferre, sustinere non consueuisti, sensisti, tulisti
In laboribus versatus, exercitatus rudis & insolens es
Nondum tibi labor familiaris est
Laboris impatiens, vide **wont.**

Acquaintance.

Noticia Consuetudo, Conuersatio
Coniunctio, Familiaritas, Vsus.

to Atchieue, vide **End.**

to be Acquainted or familiar with one, to be conuersant or keepe companie with.

Agere consuetudinem, exercere
Familiariter vti, Victitare
Domesticam agere consuetudinem,
Versari, Conuersari
In perditissima iuuenum colluuione versari
Commercium habere seu rationem
Vnde, malorum commercio reddimur deteriores.

to enter an Action in the law against one, or to sue one in the law.

Citare in ius, Citare
Litem mouere, apud Ciceronem
Trahere ad iudicem, ad subsellia
Per fora trahere

Actionem

Actionem intendere, instruere, to make his complaint
In ius ducere, trahere, vocare, rapere
ἐγκαλεῖν
Obtorto collo in ius trahere, Hiero.
Educere in ius. Litem intendere
δίκην λαγχάνειν
Conuenire aliquem in ius. Ad iudicem vocare. Vocare in crimen
In iudicium trahere, ducere
καταστῆσαι εἰς ἀγῶνα
Postulare aliquem iniuriarum
Dicam alicui scribere vel impingere
Molestissimis litibus aliquem inuoluere
Odiosis aliquem diuexare litibus
Diem dicere, vide to Sue.

an Act of Parliament, vide Commandement.

Added, or Put vnto.

Adscriptus, Annumeratus
Additus, Adscitus
Accersitus, Lectus
Receptus, relatus, positus, collocatus, recensitus, in studiosorum numerum in amicorum album relatus

to Adorne, vide to beautifie.
to Aduance, vide to promote.
to Aduance learning, vide learning.
to Aduenture vpon fortune, vide fortune and danger.
an Aduersarie, vide Foe.
Aduersitie, vide ill fortune.

to Aduertise secretly, vide to warne and to put in remembrance.
Aduised, vide Circumspect.
by your Aduise, vide by your counsell.

to commit Adultery.

Adulterare, & Adulterari
Mœchari μοιχεύειν
Mœchisare, apud Plautum
Adulterium committere, inferre
Sitientibus agris propriis, alienos irrigare metaphoricos
Alienum arare fundum.
Ἀλλοτρίαν ἄρουραν ἀροῦν
Cum alieni vxore rem habere
Capere vsuram corporis vxoris alterius, apud Plaut.
Alterius thorum maculare, polluere,
Vxores aliorum futuere, permolere.

an Adulterer or Cuckold-maker.

Mœchus, Adulter, Horat. Taurus dicitur
Cuculus & Curruca, prouerbio dicitur apud Iuuenalem & Plaut.
¶ Mœcha, Adultera Succuba.
Alieno marito se subiiciens.

Adultery.

Adulterium, Mœchia, furta
Furtiui complexus
Stuprum apud Quintilianum & Plautum pro eodem

to Admonish, vide exhort.
an Aduocate, vide Atturney.
Affabilitie, vide Courtesie, Affection.

Affectus, Studium, Animus, Voluntas, Libido, vide Will.

Affectiously.

Intimè, Cupidè, Ambitiosè, Curiosè, Voluntariè, vel ô

to Affirme, to Assure.

Adserere vel asserere
Astruere efficacibus argumentis
Certò dicere
Polliceri pro affirmare, apud Cic.
συμβιβάζειν Asseuerare
Affirmare, διαβεβαιοῦμαι
Instare factum, Terent.
Ille instat factum
Omni asseueratione confirmare
Asseuerantius dicere
Corroborare. Ratum habere
Pleno ore affirmare, vt aiunt nam veri periculum non ad me recipio Soli.

Afterward, or After this.

Postea, Postquam
Posteaquam, Post, Vbi,
post vbi, Simulac.

Againe, Eftsoones.

Rursus & Rursum
αὖθις πάλιν Iterum, De
Iterato in sacris literis, Secundo
ἐκ δευτέρου De integro
A nouo vulgus dicit
¶ Vicissim, per vices, vice versa
ἐναλλάξ Altarnatim, ἀμοιβαῖος
Alternis, Alternè, παραλλάξ
Nunc vnum, nunc aliud.

Against or Contrary.

Contra, κατὰ cum gen.
Aduersus & aduersam præpositiones
Præter, Terent. Præter ciuium morem atque legem. In cum accusatiuo.
Ad pro contra quoque ponitur
Erga, sed sæpissime in bonam partem, quamuis etiam in malam reperiatur, apud Tacitum & Liuium.

to be Against, or contrary.

Aduersari, Obsistere, Obstare,
Oppugnare, Impugnare,
Resistere, Obluctari, Reluctari,
Obniti, Reniti, Repugnare,
Contra stare.

Age, Time, Euerlasting, Perpetuall.

Ætas, Seculum, Aeuum
Perpetuus, a, um. Sempiternus, a, um
Sempiternitas
Aeternus, a, um
Perpetuitas, Perpetuò aduerb.
Aeternitas, vide Old.

Aged or old, of 12. yeeres.

Annos duodecim natus est
Duodecimum ætatis annum agit
Aetas eius est duodecim annorum
Duodecimum ætatis annum non excessit, non egressus est.

the prince, the flower of Age or Time.

Flores ætate, Integra, Firma, Valida es ætate
Ætate viges, Validus & Firmus es.

of one or like Age.

Coæuus ὁμήλιξ. ὁμέτης
Coætaneus, Aequæuus
Eiusdem ætatis, eadem ætate
Aequalis
Collactaneus, simul lacte nutritus.
Aetate coniunctus
Par ætate & annis
Contemporaneus
Synchronius, σύγχρονος.

Age

Aged, vide Old.
to Agree, vide to consent.
to Agree with the time, to be euen and iumpe with the World or Time.

Omnium horarum hominem agere
Comparere se ad omnia
Regionis moribus seruire, obsecundare
Se moribus quorumlibet attemperare, accommodare
Scire foro vti
Seruire scenæ, occasioni
Polypi mentem habere
πολύποδος νοῦν ἔχειν
Rebus præsentibus, tempori, loco, sese accomodare
Insanire cum insanientibus
τοῖς μαινομένοις συμμαίνεσθαι
Vti foro. Tempori cedere
Tempori seruire, pro tempore agere
καιρῷ λατρεύειν, Phocili
Omnibus vel tempori se accommodare
διαπαιδαγωγεῖν τὸν καιρὸν
Opportunitatem expectare
καιρὸν προσμένειν
Necessitati parere
Tempus spectare aptum
Obseruare temporis occasionem
Amiculum pro venti aptare flatu

Agreement or concord.

Concordia, Mutua gratia, Vnio
Consensio, Pax publica, Tranquillitas Voluntatum, Studiorum & Sententiarum summa consensio, Cic.
Consensus omnium rerum
Idem velle & idem nolle.
Eodem animo eadem & sentire & decernere.
Vnanimitas
Vnus omnium rationum consensus.
Consentiens voluntas
¶ Concordia paruas res videas crescere, discordia vero splendidas, maximasque opes dilabi ac deflorere
¶ Concordia, respub. omnis constat quantumuis parua, nec non opes conseruantur maximæ, & augentur exiguæ. Contra, factionibus & dissidiis opulentissimæ quæque & celeberrimæ ciuitates funditus excinduntur. Vide Promises.

an Agreement of peace, vide League.
to Aide, vide Helpe.
the Ayer.

Aer, ἀὴρ, Cœlum, Aether
Iupiter pro aere apud poetas
Aequor pro aere, apud Virg.
Inane pro aere, apud Lucret.

a sweete Ayer, vide faire Weather.
an Ale-feast, vide Banket
Aloft, vide High.
Although, Notwithstanding.

Etsi, Etiamsi, Tametsi, Cum
Vt pro quanquam, Licet, Acsi
Quanquam, Quamuis, εἰκαὶ.

All or euery one.

Omnis, Totus, Cunctus
Vniuersus, Vnusquisque
Quisque, Singuli.

To Allure, to intice, or to Winne one by faire meanes.

Allicere, δελεάζειν
Allectare ἄγειν, cum gen,

Lactare, Allectare
Varijs allectare lenocinijs
Pellicare, Illicere
Inuitare, Lenocinari
Capere illecebris, blanditijs,
Attrahere, Excitare, Inducere
Lactare melita spe, delitijs
Premiis allectamento inuitare
Signo quasi dato inuitare
Omnibus modis allicere
Ducere quoque pro allicere, inescare ac dilectione quadam oblectamentisque demulcere ponitur
Delectare à delicere, sicut allectare ab illicere est attrahere
ἐφελκειν.
¶ Attrahere in nassam, Inescare
Innectere, Impedire
Inuiscare, Illecebris circumuenire
Illaqueare tricis. Irretire, *vide* flatter.

Pleasant Allurements or inticements.

Alectamenta, incitamenta
Inuitamenta, quæ vulgus Irritamenta vocat
Illecebræ, blanditiæ
Illectamenta, ἀγωγιμα.
Blandimenta, Demulsimenta
Illecebra singul. Lenocinia
Illicia plurale ab illicium apud Ciceronem, Viscarium Ambio.

an Allurer, an Inticer, or Flatterer.

Illex, Illiciens, Illecebrosus
Alliciens. Allectivus, ἀγωγός.
vide flatterer.

an Almond.

Amygdala vel Amygdalum
ἀμυγδάλη.
Nux Thracia, Nux Greca.

Almost, well neere.

Penè, propè, ferè.
Propemodum, Ferme Propediem,
μικρουδλεγου, Quasi
Tantum non, apud Eras. Suet. Leui.
Valde frequens
Parum abest, Minimo minus
Paulo minus, ante penultima acuta pro eodem frequens in sacra scriptura, & apud Sueto.
Admodum, pro fere apud Liuium
Iam mitigati admodum animi
Modo non, pro ferme apud Terent
Plerumque aduerbium.

All ouer, vide Euery where.
Alteration of state, vide my state is altered.
to Alter or change, as old fashions, or Customes are changed.

Exolere, exolescere
Inueterascere, Mutari
Contabescere
Obsolere & absolescere.

an Altar.

Altare, Altarium
Ara. βωμος.

Altogether, vide vtterly, Alwayes day and Night, continually without ceasing.

Die ac nocte, Nocte dieque
ἀπνευστι, νυχθημερον:
Semper, omnes per annos
Diu, noctuque, Noctes & dies
Tempus in omne
νυκτως τε καὶ ηματα
Continuè Continenter
In æuum æternum
Assiduè, Indefessè, Continenter
Incessanter, Iudesinenter
In perpetuum
ἀφυδῶς

Nullo

Nullo puncto temporis intermisso
Ne punctum quidem temporis respirando. Sine interpellatione
Sine intermissione
Ne minimam quidem moram interponendo, Citra respirationem
Protinus apud Virgilium
Perpetuo, Iugiter
Nunquam non, Irrequieto labore
Noctibus continuere dies
Ne genu quidem flexo
ὐδὲ γόνυ κάμψας. Prouerb. pro sine omni intermissione, **without ceasing.**

Ambassadors, vide Posts, Ambition, or a desire of glory.

Ambitio & ambitus media correpta
Sitis famæ
Sitis impotens honesti
Studium cupiditas honorum, imperiorum.
Gloriæ appetentia, apud Ambro.

Ambitious, or desirous of glory.

Appetens, auidus, cupidus, famelicus gloriæ, famæ
Sitibundus, Esurientissimus laudis
Immoderatè appetens honores
Ambitiosus φιλότιμος
Honoris potentiæve cupiditate inflammatus
Non alienus ab ambitione
Cuius iuuenilem obsedit animum gloriæ febris vel sitis
Sitientissimus laudis
Magnarum pomparum amantissimus
Laborans ambitione
Thraso, φιλόδοξος.

to be Ambitious, or to seeke after glory, or praise.

Captare laudem φιλόφρονεσθαι
Affectare, venari gloriam
Gloriæ inhiare
Seruire gloriæ & propriæ laudi
Vacare populari auræ aut gloriæ
Honoris cupiditate titillari
Auram captare popularem, fauorem, gloriam mortalium inanem
Populares ambire honores
φιλοτιμεῖν ambire munia
Petere, prehensare honorem
Honorum, gloriæ cupiditate, siti famæ teneri, illici, capi, duci
Ferri ambitione
Expetere, aucupari famam
Ambitione auræ popularis teneri,
Conflare populares honores, est vulgi commendationes & fauorem vndecunque captare
Imperatorum hominum rumusculos aucupari, Cicero
Duci gloria, Cicero: si quis honore ac gloria ducitur
Ex laude pendere
Aucupari gloriam, gloriolam
Immodicis studiis ad honores contendere.
Laborare ambitione, cupiditate honoris, Honores petere
Inanes flare glorias
Gloriolæ afflatum captare
Gloriam appetere vel expetere, quærere, Honorem affectare, apud Sa. Honorem velificari apud Ciceronem contra Rul.
Pendere à multitudinis aura
Applausum captare humanum
In honorem quærendo totis viribus incumbere
Non ego ventosæ plebis suffragia venor. Horat.

to Amble.

Tollutim gressus glomerare
Alterno crurum explicatu glomerare egressus
Alipedes, πτερόποδες.

an Ambling horse.

Gradarius, gradatim incedens, vestigia modicè ac volubiliter tollens, ἐύδρομος
Asturco, ab Asturca oppido Hispaniæ, Teldones apud Plin. Asturcones
Manus idem quod Gradarius, quasi ad manum mansuefactus, apud Horatium & Erasmum, alii aliter scribunt
Tollutarius à tollendis & glomerandis pedibus Latinis dicitur
Tollutaris à Seneca vocatur
Gygerius, equus pumelius, apud Strabonem
Mannulus, equus, pullus diminut.

to Amend, to correct.

Corrigere, Castigare
Emendare, elimare.

to Amend his life, or to turne to grace, and repentance.

Reddere bonam frugem
Ad bonam frugem sese recipere
Conuerti ad meliorem frugem
A corruptissima vita conuerti
Exuere vetus vitæ genus
Excusso vitiorum iugo ad emendatiorem resurgere vitam
Vitæ castigatioris propositum sumere
Recedere à vitio
Euadere ad bonam frugem
Viuere emendatius
Ad salubriora consilia animum appellere
Reparare
Expiare scelus
Redire ad meliorem vitæ frugem
Benefactis pensare delictum
Redimere culpam præteritam
Pro egregio facta compensare
Facere finem peccandi vitiorum
A voluptuosa ad frugi vitam redire
Sordes humanæ fragilitatis gratia pœnitentiæ emaculare

Ex abysso emergere peccatorum

to make Amends, vide to Recompence.
Amisse, vide Ill.
to doe Amisse, vide to offend and to sinne.
Amitie, vide Friendship.
Anger, Wrath, Fury.

Ira, Rancor, ὀργὴ
Iracundia, Stomachus
Bilis, Angor, χόλος
Indignatio, excandescentia
Animi efferuescentia
Animi pluraliter, Pone animos.

to make one Angry, or to prouoke one to wrath.

Mouere, Habere stomachum
Bilem alicui mouere
Ad iracundiam prouocare
Ciere aliquem, Mouere simplex
Ad iram prouocare
Iras induere, colligere
Turbare alicuius animum
Lacessere quempiam amaricare
Exacerbare, Irritare
Asperare, Exasperare
Exagitare, Infestare
Iratum reddere, incendere
Exurere ira
Accendere cum accusatiuo
Bilem concitare, conciere, commouere alicui
Aggregare, Arrigere iras.
Inflammare aliquem verbis, exercitare ad iram.
Acuere furorem
Offendere, Lædere
Animum accendere, incendere
Stomachum facere, apud Cice.
Exulcerare alicuius animum
Incensum dare, pro iratum facere, Terent.

Angry or displeased.

Iratus, Infensus Iracundus
Ira commotus, affectus, agitatus, adductus, inductus, inpulsus, incitatus, actus accensus, inflammatus
Stomachabundus
Iracundior Adria, qui irritabili est ingenio, very Angry
¶ Iracundè, cum ira, inflammato ore, ardentibus oculis.

to be Angry, vide to chafe, Angred, vide chafed. to represse or stay his anger, or Fury.

Iram, iracundiam reprimere, temperare, mitigare, cohibere, refrænare, concoquere, ponere, mulcere.
Stomachum ob rei indignitatem effervessentem ratione cohibere.
Stomachum tenere. Horat.
Comprimere æstus iracundiæ
Rationis moderamine reflectere iræ appetitum
Placare animos
Iracundiam pessundare. Plaut.
Iræ modum seu frænum ponere
Adhibere modum vel moderationem
Dare locum iræ, apud Paulum ad Rom. 12.

to Animate, vide encourage Any.

Aliquis, Vllus, Quispiam, Quisquam, Quiuis, Alius.

Anon, vide out of hand. to Answer, or to make an Answer.

Respondere
Responsum dare, reddere, Iactare
Ἀποκρίνειν
Verbum proloqui. Terent.
Dare orationem pro respondere, Plauto frequens
Subiicere, absolute
Labra resoluere, ora Renarrare
Subseruire orationi, apud Terent.
Reddere vocem, sonos, verba
Inferre, Tangere verba verbis
In verba prorumpere
Suscipere apud Virgil. & in Euang.
Dicere cum ablatiuo & præpositione pro, vel cum accusatiuo medianti-bus præpositionibus in, vel ad
¶ Ad rogata respondere aut spondere, simplex pro composito apud poetas
Excipere, Referre, verba, dicta
Ad rem congruenter, πρὸς ἔπος id est, ad verbum respondere
¶ Respondere præter rem
Nihil ad rem. Non ad rem loqui
Responsum alienum à proposito dare; an answer, but not to the purpose
παραφθέγγεσθαι, ἀπροσδιόνυσον, παραφθέγγεσθαι, λέγειν
De aliis loquenti, respondere de cæpis.
¶ Ferre, accipere responsum to receiue answere
Cice. Cum à me id responsum tulisset.

Apart, vide Priuily. Apothecary, or Grocer.

Vnguentarius, Metropola
Odorarius, Aromatarius
Aromatopola, Pharmacopola
Medicamentarius, Herbarius
Pigmentarius, Myrobrecarius, apud Plaut.
Apothecarius, ἀποθεκάριος.

an Apothecaries or Grocers shop.

Aromataria taberna,

Pigmentaria, vnguentaria officina
μυροθήκιον
Myropolion. Pharmacotheca
Apotheca vulgo dicitur, tametsi propriis sit Apotheca repositorium, reconditorium granorum.

to Apparell, to cloath, to put on a garment.

Ornare, Vestire, Induere,
Amicire, Comere, Colere. vide to cloath.

Apparell.

Apparatus, Amictus, Amiculus,
Ornatus, Vestis, Vestitus,
Cultus, Vestimentum,
Indumentum, Induuiæ,
Exuuiæ, Spolia.
Pexa toga, a Frizeadow or Irish Gowne
Vestis defluxit ad imos pedes
Arte laboratæ vestes, ostroque superbo
Vestis insignis auroque rigens
Picta croco, & fulgenti murice vestis
Illum vestis serica tegit
Vestimenta fluxa vel laxa, loose, large or wide apparell.

Appeased, vide Asswaged.
to applie.

Applicare, Vacare, Incumbere
Insistere, Instare, Insudare
Inuigilare, Operam dare, nauare
Animam adiungere, applicare
Deditus, intentus, mancipatus esse.

to Appoint, vide Determine.
to Appoint a day, vide Day.
to Approue, vide of one consent or opinion.
to Approue by reason, vide to declare or shew.

to Approach, to draw neere vnto.

Ingruere, Impendere
Imminere, Non longe abesse
Subesse, Hyems subest
Capiti impendere.
Instare, Adesse
Appetere, Venire, Cominus ire
Aduentare, Salustius
Comitiorum dies aduentabat
Obrepere, Appropinquare
Admouere se proprius
In foribus esse vel in limine
Pulsare fores, Propinquare
In cardine versari
In propinquo esse ἐγγύζειν.

an Apron.

Succinctorium
Semicinctium, apud D. Hyeronimum
Supparus vel supparum
περιζώμιον.

Apt, Meete, Proper, Fit, Conuenient, Sufficient, Profitable, Able.

Appositus, Commodus
Sufficiens, ἱκανός
Natus, aptusque. Cice.
Assentaneus, Aptus, Vtilis, Bonus, Idoneus
Habilis, Consentaneus
Conueniens, Congruens
Congruus, Accommodus
Accommodatus, Respondens
Non inconueniens
Fœlix, fœlix ad literas, Concors
Maturus pro idoneo, Quadratus
¶ Habilitas, Aptitudo. Fitnes, vide Fine or Fit.

to Array, vide to make foule.
an Arbitror or an Umpire.

Mediator

Mediator μεσίτης
Sequestrator. Sequester
Pacificator, Pacator
Reconciliator, Interuentor
μεσέγγυος
Author concordiæ, Arbiter
Qui regit & dictis animos & pectora mulcet.

to take an Argument.

Argumentum elicere, colligere, Trahere, Capere, Venari
Capere institutum, Cice.
Sumere thema θεμαλαμβάνειν

Artie, vide Stand vp.

the Arme hole, the hole vnder the Arme.

Axilla, πτερύγιον
Ala. Asellæ, arum.

to Arme, to Harnesse, or take Weapons.

Armare, consurgere in Arma
Armis se Instruere, Circundare
Arma Capescere, Gerere
Disponere enses & scuta
Accingi armis, ad arma cogere
Arma Parare, exercere:
Furor Arma ministrat:
In armis esse.

to Arme, to lay downe armes, or Weapons.

Arma exuere, ponere, deponere
Prælia relinquere
Scuta & Arma demittere.

an Army or Host.

Exercitus. Cohors, Manus
Phalanx Caterua, Turma
Agmen. Spira σπεῖρα
Coneus, Acies
Armatæ Phalanges
Copia, pro exercitus multitudine
Legio παράταξις.

to Arriue, to come to the Hauen, Port or Land.

Apellere ripæ, Oris
Tangere, premere locum aliquem
Venire in Portum
Tellure potiri, portum petere
Ad littora tendere
Carinę littera tangunt
Rates armi inserre
Clauum ad littora torquere.

to Assemble, to gather or leuy an Army.

Contrahere copias, milites
Cogere militum manum
Conscribere exercitum, militem, cohortem, milites
Milites conquirere
ἀνδρολογεῖν ἀνδρολογίζειν
Cogere facere, parare manum
Facere gregem. Salust.
Facere agmen, Historica sunt
Cogere exercitum, copias, agmen. equitatum, milites, seu congregare
Scribere exercitum, milites copias
Comparere, conflare, contrahere, conficere exercitum, Virgilius contrahimulque viros
Ingentes Martis contrahere turmas
Facere exercitum. Cicero
Colligere copias, exercitum
συγκροτεῖν δύναμιν
Aciem struere
Cogere in prælio milites, æratas acies. Virgilius
Augere auxilia, est militarem gregem facere copiosiorem.

to Arrest one, to lay hands on one.

Capere αἱρῶ Captiuare
Manus adferre inferre
Corripere, Cic. in Ver. Actum, 7. Hominem corripi ac suspendi iussit ex oleastro
Prehendere, comprehendere

Manus

Manus iniicere, manicam, catenas
ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας
Obtorto collo in vincula ducere
ἄγχειν καταψάθαι
Intendere vincula collo :
Collum obstringere : Soli.

Arrogancy, vide Pride.
Arrogant, vide Proud.

an Arrow, a Bolt or Dart.

Iaculum, βέλος
Spiculum, Telum, Polas
Missile, Sagitta, Hastile :
Catapultæ, Tragula :
Arundo & calamus, metaph :
Alcydes, apud Virgilium :
Coriscus apud Nonium :

the Arse.

Anus, ani. Podex κῶλος
Culus : πυγὴ
Sedes à Plinio frequenter ponitur, pro ani circulo & podice.

Arsiuersie, Ouerthwart,

Præposterus, πρωθύςερος
Peruersus, διεςραμμένος
Inuersus Prauus.

Artificer, a Crafts man, a man of occupation.

Artifex Mechanicus :
Mannalis operarius : Opifex manuarius δημιουργὸς
χειροτέχνες μηχανικὸς
Operarius. Sedentarius :
Manibus sumptum exercens diurnum apud Ambro
Ex manibus viuens
Funambulus, Funepæus ab Apuelio dicitur & Funerepæus
Schænobares
σχοινοβάτης.
Neuribates, apud Firm.
Petauriſta
Petaruus
Ambulare, Ire per extentum funem, to goe on the cord.

Ludendo per funes gradi, Schenobaricam facere, exercere

Danger or Perill.

Periculum. Discrimen. Malum
Calamitas. Procella. Alea
Flamma metaphoricè
Vbi ostentant omnia mortem. Virg.
Fraus pro periculo, apud Virg.
Quis Deus in fraudem egit
Et in iure frequenter, vt cum dicimus.

Dangerous Rocke on the sea.

Syrtes, Charybdes metuendæ
Breuia maris, Cautes seu cotes vndisonæ
Scyllea rabies, Cyclopea saxa apud Virg.
Ionij ponti fluxus rauci, Virg.
Abydi, & Maleæ promontorium spumans horridum
Syndromades, Symplegades
Scopuli sonantes. Cyaneæ
Fauces sæuæ. Rupes
Maris pericula, discrimina.

to bee in Danger or Perill.

Hærere in vado, in aqua, in salebra
In præcipiti esse
Summa rerum omnium difficultate premi
Versari in magnis angustijs, periculis, insidijs, difficultatibus
Offerre, obiectare se periculis
Maris & terræ pericula exhaurire
Periculorum fluctibus agitari
Perplexo, consternato esse animo
Pendere animi & animo
Æstuare. Fluctuare
Quasi ad solem æstuare
Lupum auribus tenere
In maximis versari periculis
In puteo constringi
In extremum discrimen adduci.

to leaue in Dangers.

In præsentaneo deserere periculo, discrimine
Sub cultro linquere, apud Horat.
In malis deserere, apud Terent
ἐγκαταλιμπάνειν. Desertorem agere necessitatis tempore.

to put himselfe into Danger, to Aduenture.

In angustias se redigere
In pristinum sese immittere, dedere rursus
Prouinciam capere duram
Suopte plaustro malorum sarcinam sibi apportare
Suo iumento sibi malum accersere
Suo se telo labefactare
Rem noxiam accersere, conciliare
Immergere se calamitatibus
Ambitione in prouinciam duram, aut aliam sese ingerere
Suo dolori occasionem dare
Hinc prou. Molestia vltronea
Cadere in foueam quam ipse feceris
Capiti suo malum luere
Suopte ingenio doloue capi
Suo ipsius laqueo capi
In venatu perire
In captura capi
αἱρῶν αἱρεῦμαι.
Proprio gladio, suis verbis, telo suo iugulari, conuinci
Proprijs dictis euinci
Technam in seipsum struere, componere, reperire
σόφισμα κατὰ σαυτοῦ συντίθεναι, apud Lucian. quam dolus in alterum excogitatus, in authoris caput recidit, vt est in prouerbijs
Probationes de domo οἴκοθεν ὁ μάρτυς, quando quis proprio ore conuincitur
Fumum fugiendo, in incendium incidere

Damno cuidam medendo, in maius prolabi
Communicando viro malo sibi malum accersere
Exedere quod ipse intriueris, ne re quod colo aptatis, gestare compedes quas ipse faceris vulgo dicitur
In præsens discrimen ac perniciem se præcipitare
Sciens exponere se discrimini malis obiicere calamitatibus inuoluere
Sciens se inferre in malum
Prudens in flammam manum mittere
Calidum prandium comedere
Ob liberiorem vitam famam suam in periculum adducere
Periculo se exponere, obiicere subiiecere, inuoluere, committere
παραβάλλεσθαι, cum accusatiuo
Concire sibi malum
Incurrere, dare se in periculum vitæ, famæ
Se perdere
Caput obiectare periculis
Dare se, abire in præceps, in præcipitium
Sibi malum accersere
Temere sibi capitis periculum accersere
Adire capitis, mortis periculum
Subire, discrimen, tempestates, procellas ἀποκινδυνεύειν
In manifestum discrimen inducere
Discrimen, aleam subire, vel periculum
Suscipere, adire, accedere periculum, vel aggredi
Camarinam mouere
In malum præcipitare se, suosque secum in ruinam amicos pertrahere secum in necem rapere horridam, euertere, adducere in calamitatem
Omnia sua, quin & vitam profundere pro statu ciuitatis

to be out of Danger, in safetie.

In tranquillo, in vado esse
Sant ea locis suis tuta
ἐν λιμένι πλεῖν
In portu nauigare, prouer. Periculo abesse
Duabus fulciri anchoris
Patria est tuta
Extra lutum habere pedes
Palladio numine tutus
ἐκ τοῦ πηλοῦ πόδα ἔχειν
Carminibus metus omnis abest
In tuto esse, citra periculum
Extra telorum iactum
Procul à pedibus equorum calcitrantium.

the Death or destruction.

Mo s. μόρος. Fatum
Atrapos. Immatura Fata
Interitus. Funus. Occasus
Ruina, apud Plin. Neronis ruina, Nex. cis
Exangues vmbræ
Lachesis suprema. Exitus
Terminus, apud Eras. τελευτή
Mors vltima linea rerum. Horat.
Exitium, An ill end, vt Percies
Abstulit atra dies, funere mersit acerbo
Lethum, frigus lethale. θάνατος, Obitus.

Dead, departed out of this life.

Exanimis. Exanimatus
Extinctus. Defunctus
Lumine & æthere cassus, apud Virg. pro vita priuatus
Surreptos primo sub flore iuuentę
Ante diem crudeli funere raptus
Damnatus crimine mortis
Recessit caput ceruice cruenta
Solutus corporis carcere
Morsus funere lethali

Animam exhalare
Lumine cassus æthereo
Persunctus fato
Corpus spoliatum lumine
Corpora luce carentia
Demissus neci
Moribundus voluitur vndis
Iacet exanimum tibi corpus amice
Dies atra abstulit illum, & funera mersit acerbo
Sine spiritu voce. ἄπνοος
Præteritus pro extincto, apud Proper. Desyderans
E medio sublatus. Caducus
Belloque caduci Dardaniæ
Ante diem, Virenti æuo raptus
Morte oppressus
Interceptus mortalitate
Qui extra rerum naturam est, inter homines esse desit
Mortuus. οἰχόμενος
Amissus, apud Virg. & Plin.
Fato functus, & perfunctus, apud Cic.
Exemptus rebus humanis
Præceptus immatura morte
De corporis ergastulo eductus
Corpore solutus, exutus
ἀσώματος ἀρήμενος τῦ σώματος
Leuatus mole corporea
Corporis mole posita, deposita,
Vitæ præciso stamine
Fatales qui expleuit annos
¶ Cadauerosus propemodum, semimortuus, animam agens. **dying.**
Fato decedens, extremo in luctu constitutus. κηρίφατος.

a dead Body.

Cadauer, Corpus exanime, extinctum, mortuum
Funus, apud Terent.

Deadly.

Læthale, Exitiale, Capitale
Mortiferum θανάσιμον
Ferale. νεκρικὸν apud Virg. & Apu.
Fatale. Pestiferum
Læthiferum. Lethificum
Funestum. Exitiosum
Tabificum. Immedicabile
Perniciale. Pernitiosum
Adferens mortem vel necem
Perniciem & exitium adferens.

a Deadly sinne.

Peccatum criminale, læthiferum
Piaculare, Capitale
Mortale peccatum, seu læthale
Morte piandum, apud Iuuenal.
Delictum enorme, quemadmodum criminale
Inexpiabile, quod difficile expietur
Capitalis, noxa, noxia.
Dicimus etiam Capitale, quod capitis pœnam meretur.

to sing before a Deafe mans Doore.

Surdo canere
Narrare surdo fabulam
Κωφῷ ᾄδειν
Verba mortuo fabulari, id est, facere, apud Plaut.
Frustra canere, suadere, loqui
In vanum cantare
Ingerere dicta in dolium pertusum
Plaut. Frustra pulsare chordas.

to be, or waxe Deafe.

Surdere. Surdescere
Obsurdescere. Auditum auferre, exurdare. Auribus captus
Surdus ad munera vota mens surda
Surdior freto
Saxa surda mouere blanditiis.

a great Deale, vide **Heape.**
Dearth or scarcitie of victuals.

Cara annona est, Plaut
Caritas est annonæ
Alimentorum inopia Campania grauiter

uiter affligitur
Summa annonæ difficultas
Annonę caritate premimur
Annona indies ingruescit, quoniam annona carius multaq; pluris venire incipit
Precium augetur, intenditur, accenditur triplo plus quam æquum est,
Est magna hic rei frumentarii inopia
Sterilitas annorum incessit hominib. i. annonæ caritate vrgentur
Cæsariani graui annona sunt conflictati, passiue apud Cæsa
Multo malignior est nunc anni prouentus ac solet
Prouenit frumentum propter siccitatem Augustus Cæsar
Rerum omnium charitas indies crescit
Penuria insecuta est frugum omnium Soli
Res frumentaria ipsos deficere cœpit, Cæsar. ¶ Contra
Annona se laxare dicitur, quando annonæ precium sese remittit, **to fall to a lower price.**
Sicut apud Leuium. Leuare annonam, **to bring to a lower price**, quum vberior, largior solito prouenit annona
Precium retro abiit apud Plin. pro imminutum est, ἀγορὰ εὔωνος.

to make Dearth or Scarcitie of victuals.

Retinendis frugibus ac vino annonæ caritatem efficere
Comprimere frumentum, Cicer. posuit, pro diligentius asseruare, & studiosius recondere ingrauescente annona, idque spe lucri vberioris
Rerum pretia intendere, apud Erasmum
Annonam flagellare, Plin.
Precium se augere ἐπιτιμᾶν
Grauiora iusto precia rebus præsertim annonæ imponere
τιμὴν τῶν ὠνίων ἐπιτείνειν, ἐκτιμᾶσθαι
Hinc timiopolæ dicti qui res præmercantur, vt earum precia accendant, & annonam flagellent
¶ Propolæ Dardonarii Annonarii.

Debate, vide **Discord and Sedition.**

Debts.

Debita. Aes alienum, Nomina
Syngraphæ debitarum pecuniarum.

to be in Debt.

Facere æs alienum Nomina facere
Contrahere debitum
Conflare æs alienum grande. Salust.
Aere alieno quotidie degrauari, deprimi, premi, immergi
Ex ære alieno laborare, apud Cæsarem
In omnibus esse, & in alieno esse, apud Cic. vtrumque.

to pay his Debts.

Nomine soluere. Exoluere
Nomina explicare, expedire, expungere
Nomen tollere de tabula
Aes alienum dissoluere, exonerare apud Cic.
Ducatum, comitatum creditoribus oppignoratum, nexu æris alieni soluto in pristinum statum dignitatemque restituere.
¶ Exire ære alieno
Eximi creditorum tabulis
Aere alieno liberari **to come out of debt.**

to pay Debt with Debt.

Versuram vel vorsuram facere
χρέα χρεῶν μεταλλάσσειν ἐπὶ μείζονι τόκῳ δανείζεσθαι. est æs alienum soluere
ære

ære alieno, quod etiam nomen transferre dicitur Ciceroni, & quasi vertere creditorum. Cicer. O hominem ridiculum, qui se exire ære alieno putaret posset, cum venderet aliena.
Eximere ex ærariis.

a Debtor, one that oweth much.

Aeratus homo, qui vsitatus dicitur
Obæratus. Debitor. ὀφειλέτης
Obnoxius creditoribus
ἀγώγιμος δεδανείκασιν
Addictus
Qui immodico ære alieno tenetur
All mens Debtour
Plebs Romana ære alieno diuersa, apud Liu. primæ deca. lib. 2. Conflator æris alieni, & qui tenetur ære alieno
Animum debens
ψυχὴν ὀφείλων
Obstrictus, constrictus, pressus, oppressus ære alieno, in bibliis.

to Decay, to come to naught.

Degenerare in peius
Vergere in deterius, ruere in peius
In dies in peius labi, deflectere
Abire pessum. Plaut.
Ad deterius dilabi
Mandrabuli more res dicitur, Prou. succedere. Ab equis ad asinos, ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους.
A magis relabi ad minima, Vide **to perish.**

to Decay, to Perish for euer.

Obliterari. Intercedere
Antiquari, Exolescere
Aboleri. Cado
Occido, mea correpta, **to growe out of vse.**

to Deceiue, to beguile.

Fallere. Decipere
Ludere. Deludere,
Eludere. Illudere
Ludere dolis aliquem
Ludificare, vel Ludificari
Fuco imponere
διαπυνικίζειν, θράττειν
Circumscribere, ἀνολίζειν
Fraudare, Circumuenire
Implanare. Subdole agere
Cretizare. κρητίζειν
Dolum intendere
Fallere dolis, fraude, perfidia omni dolosa specie petere
Imponere cum datiuo constructum
Vitiata merce, vel nimis charè inscripta alicui imponere
Agere in fraudes
Αἰγυπτιάζειν
Versare dolos
Fallaciam intendere
Fallacias struere
Fraudem inuectere
Facere ludos
Pellicere. Supplantare
Dolo adducere, rapere, agere
Dolum struere
Ductare aliquem dolis
Imposturam facere, ἀπατᾶν
περπερεύεσθαι, δολοῦν
Fucum facere
Interducere aliquem
Verbis circumuenire
Exbalistare, frustra habere, admouere fabricas
Conficere fallaciis, apud Plaut.
Falsum habere pro decipere, apud Salust, Nec ea res me falsum habuit
παραλογεῖν, Falsis decipere rationibus Seducere
Iniicere tragulam
In fraudem illicere pellicere
Frustrari & frustari verbum commune, secundum Priscianum
Dare verbum παράγειν

Dicta

Dicta dare dulcia
Os sublinire
Phaleratis dictis ducere. Terent.
Capere astu, Emungere dolo
Capere aduersarium
Obtrudere palpum
Dolis circumducere
In transennam inducere, est dolo tollere, insidijs excipere
Et ipes blandissime dicitur alicui imponere

a Deceiuer, a Beguiler, a Jugler.

Impostor. Seductor
Implanator. Planus. πλάνος
Halophanta apud Plaut. & Fest.
Sycophanta. Circulator
Ludificator. Circumuentor
Nugatum & fuci artifex
Circumscriptor
Supplantator. Perperus
Veterator. Deceptor
Sacularius apud Vlpianum, & Iurisconsultos

to bee Deceiued or Beguiled.

Circumuenire
Capi blanditijs, astu, astutia, dolis, fuco, promissis, imagine falsa, specie veri
Decipi. Eludi. Deludi
Falli. Implanari
Frustrari passiue
Fraudari
Frustratum ire
Disparem promissis fidem experiri
Frustra esse apud Aul. Gel.

Deceitfull, vide Crafty.
Deceitfully, vide Falsly.
Deceit, vide craftinesse.
to Decide a matter, vide to Examine.
to Declare or shew.

Declarare, Interpretari
Manifestare, Diluere
Ostendere, Edocere
Significare, Explicare.
Exponere, Enucleare
Enodare, Dilucidare
Expedire, Explanare
Aperire, Exprimere
Reuelare, Patefacere
Pandere, Expromere
Demonstrare. Vide to rehearse and denounce.

to Declare, to shew, or to approoue by good and sufficient reasons.

Validis tum rationibus, tum argumentis adstruere, probare, ostendere, declarare. ἀποδεικνύειν
Frangere sententiam alicuius, Cic.
Demonstrare ratione, inconfutabili argumento Achillis
Reddere rationem, causas aliquas dare probabiles
Approbare
Re ipsa docere
Refellere
Conuincere argumentis, verbis, persuasionibus, veritate
Acutissimè & subtilissimè excogitare argumenta
Acerrimum agere disputatorem
Vrgere propugnatorem
Obuia quæque confutare valide
Rationes aduersarij infringere, & suas confirmare
Conuincere & elinguem reddere.

to Decline, vide Eschew.
to Decree, to Ordaine a Law or Statute.

Indicere, præscribere legem
Edicere seu edicto præcipere
Facere Plebescitum, senatusconsultum,

tum, Ferre legem
Regem instituere, constituere, promulgare, sancire, componere, imponere, scribere, iubere
Rogare legem. Sciscere
Leges tradere, Dare
Rogationes scire
Decretum facere, interponere
Ponere decretum, Iubere
Decernere, Statuere
Statuere decretum apud Hier.

to Dedicate, to Consecrate.

Dicare, Dedicare
Consecrare. Deo se addicere, tradere, dedere
Sacrum, id est, venerabile, reddere, facere, Sacrare. ἱερένειν
Initiare. τελεσεργειν
Religiose colendum indicere.

a Dedication of a Temple, or Church.

Dedicatio, sanctificatio Templi
Templi consecratio. καθιέρωσις.
Encænia pluraliter ab ἐγκαινίζειν. quod innouare significat
χαρμοσύνη, lętitia, festum erat Atheniensium à χαρμονὴ, id est, gaudium
Amberualia à nonnullis dicitur hic dies ab aruis ambiendis
Paganalia rusticorum sunt festa.

to Declare in few words, vide to Dispatch.
a stout Deed or Fact.

Strenuum facinus
Audax factum. νεανίευμα
Capitale, seu capital
Nefarium facinus
θέρμον ἔργον ἢ παράβολον.
Facinus callidum, pro audaci
Prælatum & strenuum gestum
Facinus insigne, gloriosum, & apud posteros, cuius famam posteritas celebratura
Facinus in bonam & malam partem accipitur
Facinus præclarum & pessimum, maximum, indignum se
Piaculare flagitium.

in Deede, vide truely.
Deere, Welbeloued, Acceptable.

Acceptus, Gratus, Amœnus
Gratiosus. χαρίεις. Suauis.

Deerer, Better, more Beloued.

Amantius, Venerabilius
Antiquius, Charius
Gratius. προτιμότερον
Melius. λῷον
Præstantius. ἄμεινον
βελτίον. Vtilius
Optatius. Præstabilius
προυργιαίτερον.

to Deface ones honour, to Backbite, to Slander.

Honori detrahere, vel honorem
Derogare existimationi, honori
Sinistros rumores de quopiam spargere
Lædere, rodere famam
Genuino mordere
Genuinum infigere
Obstrigillare
Dente Theonino rodere
Mordere per metaph.
Lacerare famam
Obloqui
Maledicere
Obtrectare
Vellicare metaph.
Traducere
περιάγειν.
παραδειγματίζειν.
Maledictis prosequi
Maledico dente carpere

Carpere

Carpere famam hominis
Carbone notare
Imprimere, vel inurere notam ſtigmata
Aſpergere labem
Detrahere διαςύρειν
Infamare, fama ſpoliare
Inceſſere, obtenebrare famam
Honorem minuere, proſcindere
Alicuius famam contaminare
Siniſtrum quid emouere
Deferre, lingua biſcula detractionis venenum ſpirare
Loliginis ſuccũ in aliquem effundere
Lethalibus ſpiculis impetere
Mordicus impetere, arripere
Famam alienam mendaciis contaminare, & ſycophantam agere
συκοφαντεῖν
Struere ſycophantias
Fœdum rumorem de aliquo in vulgus ſpargere
Impudentiſſimis confictis calumniis in alienam debacchari famam
Aſpergere aliquem nota infamiæ
Boni viri nomen linguæ virulentia contaminare
Bonorum virorum famam conſpurcare, conſtuprare
De fama detrahere
Infamia aſpergere
Famam depeculari, atterere
Odioſiſſimis dictis in aliquem debacchari
Telis veneno tinctis impetere
Aliorum famam in diſcrimen adducere, vt ſuam nobilitet
In abſentem orationem ore impuriſſimo emouere
Nullis non conuitiorum aſperginibus fædare
Vario probrorum genere denigrare
Fama probatum hominem ſpoliare, proſcindere maledicentia, contumeliis flagellare, onerare inuidia, grauare detractionibus venenatis linguis ſauciare
Acuere linguam vt ſerpentes
Apertis tibiis in aliquem inuehi, eſt non clanculum obtrectare, ſed palam inſectari. Diffamare. Defamare
Ad calumnias impia ora laxare
διαφημίζειν
Calumniari, vituperare
Genuinum in aliquo frangere
Per ora oculoſque hominum circumducere
Famoſis libellis patronos veritatis pondere preſſos, famæ, iniquitatis, omnibus ſpoliare ornamentis dignitatis.

Defamed, Despised.

Mala fama grauiter apud exteros laborans. Flagrans infamia
Proſtitutæ famæ
Onenobatis prouerbio
Infamia publica laborans
Cerite cera dignus, Horat.
Cytonimi probrum dicitur, prouerbio vehementer infamis
Quem deſeruit fides & fama
Niger, apud Horatium
Pudendus, infamis
παλίμφημος, prauè viuens
Inglorius, ἀκλεής
ἄδοξος, abiectus
Inhonoratus, vilis
Deſpectus, execrandus
Deſpuendus, contemnendus.

to Defend, to Keep, to Maintaine, to preserue.

Tueri alicuius crimina, defendere
Tutari omni diligentia atque officio
Protegere, contueri
Seruare, conſeruare
Defenſare, vindicare
Propugnare, patrocinari
Portum ſtatione tenere
Patriæ curam gerere
Adeſſe pro aliquo
Penes me huius rei tutela manet

Patroci-

Patrocinium præbere, præstare
Tegere, simplex pro composito, apud Poetam
Patriam armis tegere
Causis præsto esse
Pro aliquo stare, Terent.
Causæ suscipere patrocinium
Causam alicuius sustinere, agere, tutari, defendere, defensari armis prudentiæ
Capessere rempubl. apud Salust. pro defendere
Hostem à reipub. ceruice depellere
Seruire defensioni patriæ
Ancipitem magno discrimine causam protegere. Iuuenal
Iniuriam persequi, vlcisci, insectari, apud Ciceronem, defendere, propulsare, depellere
Suscipere in sacris literis passim ponitur pro defendere seu protegere
Suscipiens mansuetos Dominus in Psal.

a Defender, vide Patron.
a Defending or keeping.
a Defence.

Tutela, tuitio
Tutamen, clientela
Defensio, munimen
Protectio, præsidium
Fides, vnde in suam fidem recipere
In clientelam alicuius se dedere

to Deferre, to prolong or to delay.

Cunctari, differre
Differre de die in diem
Protrahere, extrahere
ἀνεχβολὰς ποιεῖσθαι
Crastinare, procrastinare
Recrastinare, prolongare
ἐγχβάλλεσθαι, ἀναβάλλειν
Conferre, Cic. Omnia conferre in Martium mensem
Negotium, diem litis, vel litem in longum proferre
Moras nectere
Assessæi lunam expectare
Lunas causari Laconias prouerb.
Ducere res, proferre
Detrudere, apud Cic. ad Att. 4. procrastinare, Lactare
Extrahere diem
Agitare moras, apud Salust.
Facere moram, tardare
Moram interponere, iniicere, producere, moliri, morari
Diem producere vel ducere
In alium diem differre
Reiicere in aliud tempus
Diem diffundere, id est, in crastinum continuare vel remittere
Longiore tractu quam quis speraret rem protelare.
Perendinare, protendere
Comperendinare, prorogare
Remorari, retardare
Diem de die vel ex die ducere
In posterum reiicere
Protelationibus implicare
Dilationes frustratorias quærere
διακωλύεσθαι
Prolatare dies, consultationes
Protelare diem
Suspendere
Dilationes quærere
εἰς τὴν ἐπιοῦσαν, εἰς τὸ ὕστερον ἀναβάλλεσθαι
¶ Mora, procrastinatio
Tarditas, Delay.

a Deferring, vide Prolongation.
to Defile, vide to make Foule.
to be Defiled, or Polluted.

¶ Inquinamentum, maculam contrahere.

Ex inobedientia Adæ omnes inquinamentum contraximus.
Ducere notam, Horat.
Fœdatus criminibus.
Aeruginis aliquid contrahere.
Puluere turpis.
Vitium concipere.
Cicero.
Non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem. Vide Filthy.

to Defloure a maiden, vide to Violate a Virgin and Maid.
Deformed, vide Ilfauoured of low Degree, vide Base minde.
to Delay.

Moram interponere.
Priocrastinari.
Differre, inferre in aliud tempus.
Diem ducere.
Rem proferre, producere, protrudere.
In aliud tempus reseruare, to Linger.

Delectable, vide Glad and pleasant.
to Deliberate, vide Consult.
Delicate, vide Womonlike.
Delicate meates, Junkets, or Dainties, Fine dishes.

Cupediæ, ὀψοφαγία.
Dapes, Secundæ mensæ.
Lauticiæ Saliares. Attica Bellaria.
ἄτλικα πέμματα.
Tragemata.
Edulia exquisita, opipara, delicata lauta, prælauta.
Mattea, apud Martialem.

Iouis aut Regis cerebum, prouerb.
Veneris aut Iouis lac.
Nectaris flos.
Cibus Deorum, Helenæ cibi.

a Dilicious mouth.

Delicati palati homo.
Delicatus, Abron.
Palato qui est moroso, fastidioso.

Deliciously, Sumptuously, Daintily or Costly.

Opiparè, πειριέργως.
Delicios è, Delicatè.
Curiosè, Lautulè.
Lautè, Splendidè.
Regaliter, Latissimè.
Magnificè, Magnificenter.
Pollucibiliter, Dapicè.
μεγαλείως, μεγαλοπρεπῶς.

to Delight, to take Pleasure.

Carpere voluntatem non mediocrem animo.
Duci, capi oblectatione rei.
Lætitiam concipere.
Haurire voluptatem.
Gaudio exilire, perfundi.
Gauido subsultare.
Lætitia coripi, exultare, gestire.
Oblectari, Delectari.
Amare, delectari, Apud Cic.
Præcipere incredibilem animi voluptatem.
Capi voluptate, specie mulieris.
In delicijs rem aliquam habere.

to Deliuer from feare and trouble, vide Discharged.

Abstergere, eximere metum.
Metu liberare, vacare.
Timorem præponere, animum confirmare, ad fortitudinem reuocare.

Afflictum exitare, vide to discharge, to Quit.

to Delude, vide to Mocke the vniuersall Deluge or Noes floud.

Diluuium vniuersale.
Diluuium aquarum, Aquosa clades, Soli.
Diluuialis irruptio, quæ vniuersa obduxit humido situ.
Vndosa tempestas Soli.
Cataclysmus, κατακλυσμός.
Eluuio vel eluuies terrarum.
¶ Proluuies, a great Deluge.
Romæ mira proluuies, Cic.

to Demaund, vide to aske. to Inquire, to Deny, to disaffirme.

Negare, ἀρνεῖσθαι, ἀπόφασθαι.
Diffiteri, Pernegare.
Ire inficias. Inficiari.
Refragari. Denegare.
Abnegare.

to Denie, to Refuse.

Negare. ἀρνεῖσθαι.
Alicuius vota contrahere.
Auersare. Fugitare.
Renuere. Reclamare.
Fugere, Respuere.
Nolle, Contradicere.
Haudquaquam assenteri.
Tergiuersari, Refutare.
Denegere, Repugnare.
Obstinatius renuere, reniti.

to be Denied or Refused.

¶ Repulsam ferre, pati, accipere.
Repelli, Preteriti in petitionibus, Cic.

a Denne, vide Caue.
to Denounce, to Declare.

Nunciare. Denunciare.
Demandare.
Indicere, tametsi magis sit quam denunciare.

to Denounce, or Declare Warre.

Hosti aqua igni inter dicere.
Bellum facere patrim, Salust.
Bellum indicere, denunciare, facere.
¶ Niti insidijs ac perfidia.
Proditione rem gerere.
More latronis occulte rem gerere, fraudibus atque dolis. Traiterously without any declaration or warning.

Deinty.

Delicatus. Deliciosus.
Lautus, Sumptuosus.
Suauis, Opiparus.
Saliaris.

to Depart, or goe away.

Discedere, Recedere.
Abire. Amoliri.
Abscedere. Secedere.

a Departing, or going away.

Discessus, Discessio.
Abitus, Recessus, & io.
Fuga, Abscessio.
Digressus, & io, Abitio.
Profectio, Secessio.

to Depraue, vide to Slaunder, to blame. to Depriue one of his Authority or Office.

Mouere & Amouere cum accusatiuo personæ, & ablatiuo dignitatis gradum significante constructa.

Vt

Vt mouere, vel amouere Dictatorem, Consulem, Tribunos, Quæstores, Prætores, Aediles, &c. Item Regem, Ducem, Præsidem, Præfectum, Episcopum, Diaconum, Pastorem, Ministrum, Seruum
Et, a Dictatura, Consulatu, Tribunatu, Quæstura, Prætura, Imperio, Regno Ducatu, Præfectura, Episcopatu, Diaconatu, Ministerio, Seruitio
Adimere imperium, regnum dictaturam, consulatum, tribunatum, quæsturam, præturam, ædilium, dignitatem, ducatum, præfecturam, &c.
Abdicare magistratum quempiam
Abrogare alicui magistratum
Exauthorare
Priuare officio
Priuatum reddere
Alienare à Senatu, deijcere, demittere cum ignominia
Eximere honoribus senatorijs, Cic.
Dominos de fastigio suo deijcere apud Macrob.
De gradu, vel statu deijcere
Omni honore ac dignitate priuare
Detrahere, delere authoritatem
Statu mouere atque deprimere
De Cœlo detrahere
Dignitate spoliare
E gubernationis fastigio deijcere
Ordine mouere
Numero expungere
De curia eijcere
Spoliare honore
Exuere imperio
De dignitatis gradu dimouere
Cogere & redigere in ordinem
Ordine seu Senatu mouere
ἐκφυλλοφορεῖν
Deijcere aliquem consulatu, loco, Principatu, authoritate, ædilitate, de honore, à gubernaculis senatum
Conuellere de pristino statu aliquem
Minuere maiestatem, de gradu existimationis deturbare, quod Græcis
καθαιρεῖν τὴν μεγαλειότητα
τὸ ἀξίωμα τῆς μεγαλουργίας κολούειν

to Depriue one of his goods.

Priuare, spoliare, orbare bonis
Auferre, eripere, adimere bona omnia, charissima quæque,

to be Depriued of his authority, or to be Disgraded or Discharged of his orders, office, dignity.

Exauthorari. Reprobari
Demoueri gradu vulgò dicitur
Degradari. Absolui
ἀποχειροτονεῖσθαι
De cœlo detrahi
De summo honoris gradu deturbari
Deponi imperio
Præcipitari ex altissimo dignitatis gradu
Capite minui, diminui, apud Cicero. vbi caput ponitur pro status & conditionis decessione atque iactura
Abire honore, Suet pro abdicare
Ex astris decidere, Cic. ad Att. 2.
Concidere apud eundem pro deijci de statu, ab existimatione pristina
παραδεῖσθαι τῆς τιμῆς, ἢ τοῦ ἀξιώματος.

to Describe, to Register, to declare in Writing.

Clarorum viorum laudes, virtutes, prælia monumenta referre
In acta referre, apud Iuuen.
Ad posteritatem stylo transmittere
Referre in commentarium, in anniuersaria, in fastos
In annales referre
Canere pro describere, Virgil. frequens

Literis mandare, tradere
γραφῇ παραδιδόναι
In fabula, literis publicas referre
Chartis illinere
Describere
Chartis seu fidis memoriæ sodalibus commendare, committere, Eras.
In litera, referre recipere
Posteris tradere. Prodere memoriæ
διδόναι λόγῳ
Prodere memoriæ virorum foris facta Cic.
Diffundere in æuum, in posteros
Mandare æternitati, monumentis memoriæ
Audita, visa, gesta, libris cedere, vel ceræ, proscribere in cæreis tabellis
Consignare literis
Graphicè pingere, depingere
Describere longis voluminum ambagibus
In tabulas quæ memoria digna videntur referre, posteritati commendare
Doctorum hominum literis immortalitati, æternæ memoriæ, consecrare
Stylo prosequi
Prodere posteris, literis aliquid
Perpetuæ memoriæ tradere
ἀναγράφειν
Literarum monumentis tradere
Literis prodere
Perscribere in eodem significatu, dixit Cic.
Manifesto scribere
Per scripturam publicare
Monumentis librorum seu literarum inserere
Literis consignare quæ mandare memoriæ volumus, Cic
Celebrare literis & memoria
Commentarijs inscribere.

Deserts, or good Turnes.

Beneficia, Officia, Merita
Beneuolentiæ, Beneficentia
Benignitas, Bona voluntas.

I shall neuer Deserue your benefits.

Omnia studia, omnia prorsus officia tibi tuisque beneficijs debeo
Præstare tua causa cogor, quicquid possum, quantum valeo, quantum viribus consequi possum, quantum in me situm est
Tua in me beneficia, omne meum studium, officium, omnes à me curas, omnem industriam, omnia denique quæ in me sunt, non solum postulant, verumetiam exigunt
Quid est quod ego tua causa non debeam?
Obsequi tuæ voluntati, morem gerere, parere, inseruire prorsus in omni re, debeo
Officia tua nunqnam rependam remunerabor, compensabo, officijs paribus adæquabo.

to Desire, to Require, to long or wish for.

Petere, Expetere
Appetere, Cupere
Quærere, Concupiscere
Desiderare, velle, gestire
¶ Contendere, to desire greatly
Gliscere, ἵεσθαι
Affectare, Ambire
Optare, Exoptare
Suspirare, metaphorcè
Adamare, apud Cic. pro concupiscere
Cogitare apud eundem, pro cupiditate teneri, curam omnem defigere
Tangi, teneri desiderio
Sitire
In votis habere
Incitari, ferri, impelli animo moueri
αἰσθέσθαι τῇ ψυχῇ vide to pray

to

to Desire greatly or feruently, to haue a great longing for a thing.

Sitire, suspirare
Exardere desiderio alicuius
Primis votis, ardentibus desideriis sitire
Ardere, desiderare
Flagrare desiderio, cupiditate rei
¶ Percupere
Miram habere sitim
Inflammari cupiditate
Flagrantibus desideriis optare
Tangi, teneri, æstuare desiderio
In votis habere, gliscere
Ardere desiderio, cupiditate incredibili
Fame vel siti opum teneri
Ad supernam beatitudinem adspirare
Non mediocriter captare
Aliquem suspirare ademptum
Vehementi animi adfectu rapi
Ingenti affectu, omnibus votis expetere
Capi cupidine rei alicuius
Indefessis, flagrantibus, ardentibus, ardentioribus votis exoptare
Macerare se desiderio
Angi, discruciari desiderio
Mira quadam ardere cupiditate
Quod si tantus amor manet, si tanta cupido est
Iucunda cupiditate aliquid expectare
In magna expectatione esse, to long much for.
Deplorare desertos penates
Expectationem sustinere
Longùm alicuius desiderio torqueri
Expectatione teneri, pendere, torqueri, tangi, cruciari, discruciari
Nullum facere rogandi, flagitandi finem
Alicuius rei desiderio animus dicitur titillari
Lynge trahi, prou. pro vehementi & impotenti desiderio trahi, rapi ad aliquid
Inhiare per translationem, pro vehementer cupere, datiuo vel accusatiuo construitur
Adhinnire apud Cic. pro impotenti cupiditate gestire
Cupidus, auidus
Studiosus, ardens
Appetens, cupiens.

with great Desire or Longing.

Primis votis, apud Plaut.
Ardentibus desideriis
Mira siti, fame
Longa maximaque expectatione
Cupiditate præcipua
Nullum mihi votum ardentius fuit quam, &c.
Nil sanè mihi vnquam prius in votis fuit
Obuiis aut porrectis vlnis
Obuiis manibus
Ambabus manibus
Auidè, sitienter.

as I Desire, vide as Heart would wish.

a Desire, a Lust, a Longing.

Desiderium, votum
Voluntas, studium
Beneuola animi propensio
Cupiditas ἐπιθυμία, affectus
Auiditas, Appetitus
Cupido fem. gen.
Concupiscentia, great Lust
Libido, amor, ardor pectoris
Æstus per metaph. sitis, flamma
Calor, fax, ignis, quæ postrema auxesin habent.

to satisfie ones Desire, or to grant ones request.

Postularis, precibus annuere
Petitioni, postulationi votis subscribere
Precibus benignum impartire assensum
Voto paratis auribus annuere
Audire preces, pro exaudire, apud Cicer.
Ne apud te cassæ sint preces, quæso

a Desire of honour or glory, vide Ambition.
Desirous of glory or praise.

Omnes tuos ad laudem impetus noui
Quam sis ad laudem & gloriam propensus, inclinatus, quanti sit apud te laus, quàm labores de laude, quàm vehementer ad laudem incumbas, quàm laudi studeas, quo studio laudem sequaris.
Quæ tua sit laudis, gloriæ, famæ cupiditas, præclare noui, cognitum habeo, vide Ambitious.

to Despise, to Contemne, to Reiect.

Auersari, & pro eodem
Auerti, spernere, fugere
ἐξυτελιζειν ἐξυδενῶν
Aspernari, despicari
Dedignari, despicere
Contemnere, temnere
Abhominari, detestari
Despuere, respuere
Reiicere, reiectare
Repudiare, refutare
Vultum ducere, negligere
Abhorrere pro fastiore, & cum fastu quodam contemnere
Perhorrescere
Auerso vultu tetrica & corrugata fronte aspernari
Præ se contemnere
Mandare laqueum
F.stidire

Medium ostendere vnguem, apud Iuuen. Dedignari
Medium porrigere digitum, apud Mart. vide Naught
¶ In nullam sortem bonorum admitti
Iacere. Ex omnium hominum consortio deturbari.

Despised, vide Defamed.
Destitute, vide Voíd.
to Destroy, vide to Ouerthrow, to Waste.
Destroyed by your enemies.

Inimicorum tuorum iniuria te afflixit, perdidit, euertit omnibus fortunis
Oppressit, ad exitium detrusit, impulit
Non modo è numero viuentium, sed planè infra mortuorum conditionem amandauit.

to Destroy, to vndoe, to sacke, or to spoile a Towne.

Ciuitatem delere, deuastare, destruere
Subuertere mœnia, euertere funditus
Vastum labefactare opus
Vrbem euertere, ruere, diruere, perdere, corrumpere, extinguere, exterminare
Dare excidio ac ruinis
Oppidi excidionem facere
Vrbem diripere, dissipare, vastare, dilacerare, delere, depopulari

a Destruction, a sacking, an vndoing, a ruine.

Excidium, ruina
Exitium, disturbatio
Excisio, Destructio

Desolatio

Desolatio. Interius
Euersio. Occasus
Pernicies. Pestis
Clades. Calamitas. Naufragium
Internecio. Perditio. ἄλωσις
Deletio, Vastitas, Casus. Vide an Ouerthrow.

to Determine, to Appoint, to Ordaine, to Purpose, to Minde.

Instituere. Constituere
In animum inducere
Animo concipere
Statuere. Proponere
εἰς νοῦν ἐμβάλλεσθαι
In animo decernere, statuere
Animum inducere, adijcere, applicare, adiungere.

I haue determined, or fully purposed, I am minded.

Decreui, Decretum est mihi
Statui in animo
Facere certum est
Statutum, constitutum, destinatum est mihi
Ita facere consilium est
Proposui, destinaui in animo
Animo decretum est
Sic stat sententia
Certo decreui
Certum est mihi
Deliberaui, constitui sane
Certum atque obstinatum est mihi
Certus semper huius propositi fui
Fixo consilio ac confirmato istud auspicabor, progrediarque, Budæ
Nulla ratione ab instituto mouebor
Certo mediatoque proposito institui
Constat sententia
Murus aheneus esto, apud Horat.
Neque me sententia vertit, apud Virgilium, I haue not yet changed my minde.

Animo insedit, insidet
βέβληκα εἰς νοῦν
Apud animum meum statui.
Nunc quoque mens eadem mihi perstat, virg.
Sic habeo statutum cum animo
Rata, firma est sententia
Stat sententia, stabitque
Mecum statui, Constitui in animo
Deliberatum est
Certum est consilium
In animum induxi meum
Fixum est animo
Animo immotum sedet
Obfirmaui animum
Sic est sententia
Mea sic est ratio.

to Detract, to speake ill of.

Vellicare. Mordere
Lacerare. Obloqui
Detrahere. Vide to Slander, ill name.

a Detractour, vide Slanderer.
to Deuide, vide to Part.
the Deuill, or Satan.

Cacodæmon, id est, malus dæmon.
Diabolus, à διαβάλλομαι, caminari
Satan, & Satanas, med. prod.
Sinuosus Draco.
Immanis, tortuosus Leuiathan.
Leotartareus.
Draco magnus, in Apocalypsi.
Spiritus malignus, immundus.
Serpens antiquus, Anguis.
Tænarius spiritus.
Fuscæ Deus aulæ
Behemoth immanis bellua.
Vitiorum omnigenorum inuentor.
Stygia Echidna.
Teter spiritus, cacoangelus.
Inimicus homo, in Euang.
Tentator callidus.
Lucifer, Plutonici regni, primipilus & antesignanus

Dux erebi Phlegetontis, regni tartarei
Princeps tartareus
Primogeniæ noxæ suasor
Hostis generis humani, sitiens exitium animarum
Dæmonarches, apud Budæum, id est, princeps dæmonum
Veterator ille Stygius, errorum architectus & adornatus. Budæus
Zabulus, ζάβολος, apud Cyprianum & Bernardum pro diabolo, quod incessanter mentibus humanis mala suggerat consilia ἀπὸ τοῦ ζαβαβάλλειν, decipere
Pluto, qui & Cereris gener, vt est apud Iuuen.
Beelzebul, vel potius Beelzebub, multa animarum agmina in æternum trahens exitium
Misanthropos à Basilio dicitur, id est, osor hominum
Dæmon. δαιμῶν, idem quod sapiens, sciens, dictio nil mali significans, quamuis spiritus è cœlo deiecti ob scientiam, nunc dæmones nominentur.
Se dijs manibus, hoc est, inferis, æternisque cruciatibus deuouere, to giue himselfe to the Deuill
Se ipsum damnare.

to Deuise, to Inuent, to Imagine.

Excogitare. ἐξουρεῖν
Comminisci. Inuenire per se
Adinuenire. ἐπιλογίζεσθαι
Moliri, apud Plaut.
Fingere. ἀναπλάττειν
Effingere ex proprio ingenio
Machinari, meditari, per cogitationem inuenire
Effugia inuenire elabendi. Vide to Muse.

that is Deuised or Inuented.

Excogitatum. Commenticium
ἐσκευωρημένον. Adsimulatum
Fictitium. ἐξειναισμένον.

a Deuourer, vide Glutton. Deuout, vide Godly. Dew or Dewing.

Ros, oris. Roratio
Sparsa cœlesti rore madescit humus
Ros tenera pecori gratissimus herba
Rem larè dispergit amaram.

a Diall, vide a Clocke. a Dice or Die.

Alea. κύβος. Tessera
Calculus. Talus
Taxillus diminitiuum.

to play at Dice.

Ludere aleam & alea tesseris
Lusitari taxillis, tesseris
Fritillo lucra parare, apud Sene.
Iacere talos
Aleæ arte lucrari opes
Talos in pyrgum mittere, apud Horatium
Noctem insomnem ludendo ducere
Totum ludendo concelebrare diem
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena
Taxillos mittere compositos.

to Die, or depart this life.

Mori. Obire, absolutè
Diem obire. ἀποθανεῖν
Obire mortem
μεταλλάττειν τὸν βίον.
E vita decedere, excedere
Concidere. Occido, med cor.
Excedere corpore. Decedere
Vita vel de hac vita excedere
Discedere ex hac vita lugubri, mortali. Egredi. Expirare
Excedere de sæculo

Cadere, pro mori, Ouid.
Excedere è viuis
Recedere à vita, Cic.
Efflare animam, vitalem spiritum
Supremum reddere, efflare, & exhalare spiritum
Fato rapi, fungi κατὰ μοῖραν καλύπτειν apud Platonem
Recedere ab oculis pro mori, apud Plinium
Morte rapi, E medio sustolli
Excedere humanis
Morte sustolli, consumi, confici
Morte, mortalitate, morbo intercipi
Mortem oppetere
Dare animam pro mori apud Virgilium in 10.
Exuere hominem, Soli
Desinere hominem viuere. Idem.
Vitæ pensum absoluere, Budæ
Vitam auspicato initam fœliciter actam; fine quoque beata claudere. Budæ.
Fato discedere, consumi
Deponere corruptibile corporis indumentum, apud Fulgent.
De tabernaculo corporis exire
Educi vel egredi de carnis ergastulo
Vitalia lumina linquere
Carnis compede, ergastulo solui
Lethi flebilem inire tramitem
Vitam vniuersæ carnis ingredi
Humanæ naturæ debitum exoluere
Morte subitanea mori
Obire diem supremum
Corruptibilem corporis sarcinam deponere
Finire morbo. Dissipari
Vinculis carnis absolui, in sacris
Supremum vitæ reddere spiritum
Fato vel fatis concedere
Fato defungi. Fungi mortem
Defungi. Dissolui
Occumbere. Interire
Extingui Extingui vita
Depositum Deo reddere
Desinere inter viuos agere
Cernere vitam, Cic. pro finire
Temporalis vitæ spatium perager emetiri
Ex hac lachrymarum, plorationis valle reuelli
Flebili sæculo supremum dicere vale
Exequi mortem, apud Plaut.
Mundo ærumnarum pleno valedicere
Obire morte repentina, Sueto
Tenues vitam profundere in auras
Fata suprema, fata sua claudere Poeticum
Occumbere morti. Virgilius
Occumbere morte, L.
Occumbere mortem, Cic.
Ex huius miseræ vitæ incolatu digredi
Cum morte permutare vitæ munia, vitam, Cic.
Animam singultire in auras
E viuorum contubernio migrare
Peragere mortem
Anima priuari Decumbere. Cic.
Vita destitui. Morti succumbere
Supremum fundere habitum, apud Hieronymum
Cic. Cuius in complexu libenter extremum vitæ spiritum addiderim
Vitam terminare, finire, perdere
Vitam ponere, amittere, deserere
Facere finem vitæ, Salust.
Animam ponere, exuere
Migrare, Demigrare
Ex hoc seculo migrare
Migrare ex humanis, ex hac vita
Commutare vitam mortalem cum immortali, caducam cum perpetua
Naturæ debitum absoluere
Soluere iura suprema neci
Mortalitatis tunicam exuere
Ex corporis vinculis tanquam è carcere euolare
De præsidio stationeque huius vitæ iussu Dei omnipotentis decedere
Ab his Babylonis fluminibus ambulare ad portum quietis æternæ
Ex huius mundi tempestuosissimo pelago enatare ad portum salutis
Mortali vitæ Colophonem imponere

nere, valedicere, & ad aliam lætiorem, meliorem, concidere
Miseræ, caducæ isti ac momentaneæ vitæ valedicere
Valedicere mortalium hominum conuersationi, ac vitæ
Mortalibus eximi rebus
Hanc lucis vsuram reddere
Vitam naturæ reddere
Ambulare viam vniuersæ carnis
Abiicere corporis exuuium
Morte conficere extremum vitæ diem
Euocari ex hac vita mortali
Agere supremum vitæ diem
Ex hac misera vita ad æternæ ac immortalis possessionem, emigrare
Emigrare ex huius vitæ carcere, ex hoc lugubri, calamitoso sæculo, ad libertatem vitæ æternæ
Ex hac mortalitate ad immortalitatem fæliciter emigrare
Concedere ad æternam partiam, ad beatarum animarum domicilium.
Ex hac vitæ vmbra, ad supernam lucem euocari
Decedere ex hac lugubri vita, ad omnis tristitiæ expertem, ex momentanea ad æternam
Valdicere rerum naturæ
Fatalem complere diem
E vita, ex huius corpusculi domicilio emigrare
Extrema pati
Exanimari, Deficere
Res humanas deserere
Rebus humanis eximi, excedere
Debitum carnis vel mortis soluere, dissoluere
Terrenis cœlestia commutare
Corporis exuuias ponere graues
Vita excedere
Vitæ cursum implere
Vinculis corporeis exui
Terreno deposito corporis onere cælestem scandere ad patriam
Terreno carcere recludi, resolui
Carcereis huius corporis exui gurgustiis
Corporea mole leuari, releuari
E medio discedere, excedere, Ter.

Obdormire in Domino
In pace quiescere
Somno consopiri sempiterno, Cic.
Vocari ad superos
Nube carnis detegi
Mortalem sortem egredi
Humana desinere conditione frui
De ergastulo huius sæculi vocari
Vita priuari
Vitæ cursum conficere
Mortis tributa persoluere. August.
Terrenis exui contagiis
Carnis onus deponere
A contagio mortis liberari
Ire, abire ad inferorum portas seu domicilia. Esaiæ 38. de Ezechia rege
Vitæ seu militiæ humanæ complere cursum.
Animam ebullire
Parare extrema
Agere animam
Supremos ducere spiritus
In deliquio esse
In extremis esse
Laborare vicina morte. κάμνειν λειποψυχεῖν. ready to depart.
E medio abire, apud Terent.
Diem vita claudere nouissimum
Orbari vita, Abire è vita Cic.
Morte dira occupari, rapi
Supero priuari lumine
Fato è medio tolli, ferri
Vitam exire, fundere
Corpus deponere
Quem dederit cursum fortuna peragere Virg.
Horrendos fati subire agones
Conficere summam fatalem, Cic.
Soluere oculos letho, Virg.
Humanitus accedere. i mori, & simpliciter Accedere & Contingere, pro vita defungi accipiunt Iurisconsulti, vt refert Alciatus
Vitæ euanescere auris, & matri terræ reddere, to Die and bee buried.
In communem abire locum

Hac luce priuari
Vita defungi & fungi
Euehi rebus humanis
Perire, pro mori, à doctis vſurpari paſſim legimus, & Diſperire
Cedere vita & è vita
Cedere fato, to Die willingly.
Cedere naturæ, Saluſt.
Dormire in ſacris, pro mori ponitur
Mori ſtamine nondum abrupto
Ante diem ſcilicet, to Die before his time.
Ire ſub vmbras, poeticum eſt ſicut ſequentia. In cineres ire,
Stamina vitæ Atropos rumpere dicitur Seneca, & vitam abrumpere
Exacto Parcarum ſtamine, vita deſtitui
Pendula adhuc tereti rumpere penſa filo
Petere, adire Lethæi tranſtra Charontis
Fundere animam, extremam vocem
Vita me deficit
Decedere ex partu, Aſco. to Die in childe-bed.
Ab inteſtato decedere, to Die inteſtate.
Vitam cum morte, vel in mortem commutare
Vitam ſuſcepta morte ponere
Naturæ concedere, ſatisfacere
Fatali neceſſitati concedere
Spiritus æthereas poſtquam ſoluetur in auras
Corporeis nexibus, vinculis, ſolui dicitur anima, excedere è corpore animus
¶ Pro Apoſtolicis, Euangelicis traditionibus, pro Eccleſiæ Chriſti diſciplinis ſanguinem effundere
Capere mortem ob remp. Cic.
Pro repub. vitam reddere, id eſt mori
Pro patria vitam effundere, Cicero Grata memoria eorum virtutem proſequamur, qui pro patria vitam effuderunt
Suam vitam communi bono poſthabere
Voluntariam occumbere necem. Saluſtius
Expleta mortalitate Manium conſortio ſociari
De iſtis mundi turbinibus extrahi
Expuncta hac morte ad immortalitatem vnire. Cypria.
Fatali neceſſitate à marito diuidi, diuelli
Deficere caſtę coniugis in gremio
¶ Perire aeris contagio, to Die of the plague
Mori, perire peſte,
Communi aeris infecti contagio ex hac vita decedere
Subito non ſine veneni porrecti ſuſpitione mori
¶ Huic titulo Germanico, ſteruen oder ſterben, toties Synonimicos variato & plus ducenties decies Latinè reddito, ſubiicimus in gratam φιλελλιώαν, Græca quoque Sinonyma.

Αναφυσᾶν. ἀποϐιοῦν.
ἀποθνήσκειν. ἀπογίνεσθαι.
ἀποδημεῖεν τῆς ζωῆς.
ἐκψύχειν. ἐκπνέειν.
τελευτῶν κηροοίνειν.
ἀπέρχεσθαι: ἀποψύχειν.
απαλλάτλειν, ἢ απαλλάτλεσθαι.
διαλυέσθαι. ἀπολυέσθαι.
ἠκλιτεῖν καὶ ἐκλείπειν.
κατοίχεσθαι καταςρέφειν.
περιτέλλειν. περιςειχίζειν.
δυοθανατλεῖν, difficili morte mori.
θνήσκειν. τεθνάναι.
Et τεθνάμεναι dorice ac ionicè τεθνάμεν abſciſim ἀποθνανειν.

---

to Die colours.]

Tingere vel tingere
βάπτειν. Inficere

Colorem

Colorem inducere
Colorare. χρώζειν.

Diffamed, Slandred.

Notatus, Ignominia, Infamia
Districtus aliqua nota
Maculosus homo.

to Diffame, vide to Slander.

to Differ, or to Dissent.

Differre, Abdicare
Discrepare, Dissentire
Dissidere. Abhorrere
Dissimile esse
Interesse. διαφέρειν
Non conuenire
Diuersum sentire
Distare, Pugnare
Discordare, Non congruere.

it Differeth but a little.

Parum discriminis est
Paruum interuallum
Haud multum differt, abest
Non multum abhorret, dissidet, discrepat
Parum differt
Paruum differentiæ
In idem recidit, it agreeth
Et prouerbio dicimus, ne punctum quidem, aut vnguem transuersum differre, discrepare.

it Differeth very much, Great difference, very vnlike.

Maximum, ingens discrimen
Ingens, longissimum interuallum
Longè latéque distat
Magna differentia
Plurimum interest
δὶς διὰ πασῶν
Longissimè disiuncta, Cic.
Ex diametro inter se pugnantia
Diametro Distantia
Toto dissidentia genere.

Difference, Diuersity.

Discrimen, Differentia
διαφορά. Distantia. Disparitas
Interuallum. Dissimilitudo
Diuersitas, Varietas
Discretio, Seperatio
Discerniculum, apud Aul. Gel.
Discrepantia. Distinctio.

to Digest the meat.

Longa deambulatione cibum degerere, conficere
Concoquere, Perficere
Coctionem facere, apud Plin.

Dignitie, vide Honour.

I will not suffer your Dignity to be defiled or hurt.

Violari tuam dignitatem, imininui, offendi, lædi, oppugnari, damno affici, iniurias pati
Detrahi de tua dignitate, honore minui, adimi, auferri
Iacturam fieri tuæ dignitatis nunquam patiar
Nihil vnquam feci, quod contra tuam existimationem esse vellem
Si res exiget, pro tua dignitate, vitam liberalissime profundam.

to Digresse from his matter, or to goe from his Purpose, to be in another tale.

Digredi, Dilabi, Delabi
Institutum deserere
Diuertere, Deflectere
Longius euehi
Aberrare proposito, Cic.

Deerrare

Deerrare. Longè digredi
πόῤῥω τοῦ πάρεντος γένεσθαι, apud Demost.
Abire, apud Cic. Quid ad istas ineptias abis?
Digredi à re proposita, ab instituto
Egredi à proposito ad rem alienam
Aliò deferri. Latius exspatiari
Extra præscriptum transilire
Extra oleas ferri
Extra chorum saltare
Vltra septa, limites salire, prouerb.
ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν
A re proposita ad longè diuersam digredi
Deerrauimus ab eo quod cœpimus exponere
De calcaria in carbinarium decurrere
A narratione deflectere, vagari
Aliò sermonem conuertere
¶ Quo me sermonis cursus abripuit?
Sed quò me rapit alienior cogitatio?
Sed hæc extra viam
ἀλλὰ ταῦτα ἐκ τῆς ὁδοῦ. Vide nothing to the purpose.

Diligence, Care, Studie, Labour, Indeuour.

Sedulitas. Cura
Industria. Vigilantia
Diligentia. Labor
Assiduitas Nisus
Conatus. Studium
Molimen. Conamen
Opera Diligens
Accuratus. Vigilans
Sedulus. Studiosus
Industriosus. Operosus
Multæ sedulitatis homo.

with great Diligence, or Care.

Summa, exquisita diligentia
ἀνεπκρύπτος. Exactissima cura
Accuratè
Ad amussim. Examussim
Amussatim. Examussatim
Ad vnguem. Sollicito labore
Summa cura adhibita. ἀκριβέστατα
Omni animi contentione, diligentia

Diligently.

Sedulò. Exactissima cura
Summa cum diligentia, cura
Studiosè. σπουδῇ
Diligenter. Vigilanter
Assiduè. Impigrè
Curiosè. Grauiter
Solerter. Accuratè
Haud somnolenter
Attentis animis
Studiosa indagine
Haud oscitanter
Animo ad subeundos labores prompto

to Diminish, to Bring low, to Extenuate.

Vilem leuemque verbis demonstrare
Despectum reddere
Eleuare. ἐκφαυλίζειν
Authoritatem detrahere, minuere, extenuare, exprimere
Res gestas verbis extenuare, deprimere, minuere
¶ Peruenire ad paucitatem
Ad paucos redigi
Contractiore numero
Contrahuntur, extenuantur præterea opes cum atteruntur, & acciduntur
Liuius. Accisæ Volscorum re
ἐκτετριμμέναι.

to Disagree or to Dissent, to be of contrary mind or opinion.

Dissentire. Retragari
Longè secus sentire, abesse
Longè diuersum sentire
Multò aliter sentire

Calculum

Calculum suum negare
Dissimile esse
Non subscribere alicuius sententiæ
Reluctare. Discrepare
Non conuenire. Repugnare
Dissidere. Diuersum sentire
Tergiuersari. Reniti. Abhorrere
Reprobare. Reclamare
Discordare. Aduersari
Differre. Distare
Pugnare. Non congruere
διεστάναι. Nimium abesse. Vide to Discord.

that Disagreeth, or is cleane Contrary.

Discrepat διαφωνεῖν
Dissidet. Variat
Non conuenit
Longè latéque diuersum
ἐκ διαμέτρου. dissidet
Longè latéque discrepat
Controuersia est
Secus, aliter est
Ex diametro pugnat
Plurimum distat, multum inter est, Vide Diuers, Contrary.

to disanull, vide to abolish.

to Discerne, vide to Separate and Examine.

to Discharge, vide to Quit.

Discharged, Deliuered.

Expeditus. Exoneratus
Solutus. Ereptus
Absolutus. Leuatus. Euolutus
Liberatus fluctibus, vndis negotiorum ac curis
Defunctus periculis
Expeditus negotijs, molestia
A litibus absolutus
Laboriosis explicitus curis
Leuatus molestia
Qui pistrino curarum sese explicuit
Qui onus, pondus humeris excusserit, abiecerit
Clitellas humeris excusserit.

to Discharge himselfe, vide to Excuse.
to Disclose, vide to Bewray.
to Discomfit, vide to ouercome.
to Discord, to Disgrace, to contend, to striue.

Certare. Altercari. Contendere
Argutari. Cauillari. Disputare
Decertare inter se. Digladiari
De asini vmbra, de lana caprina rixari, digladiari, to striue for a trifle
Nimium altercando veritatem adimere
Ardentius concertare, quasi pro aris & focis, vt dicitur.

Discord, Debate, Variance, Controuersie, or Brawling.

Diffidium. Dissensio. Segregatio
Inimicitiæ. Simultas. Factio
Seditio. Litigium. Pugna
Discordia. Tumultus. Discrepatio
Diuisio. Discrimen. Turbatio
Concertatio. Altercatio. Scissio
Contentio. Iurgium. Bellum
Schisma. Certamen. σχίσμα
Rixa. Lis. Ira. Controuersia
Fatalis orbis Christiani tempestas
Subita rerum humanarum procella
Macedonica res dissentione facta Soli.

to make Discord or Debate.

Conciere, lites turbas
Discordiam concitare, inducere
Dissensionem mouere, commouere, facere

Serere, dissidium, rixas, lites
Dissidium facere, altercationes, lites, iurgia. Afferre pestem
Tollere concordiam, iudicia, leges, omnem hilaritatem
Spargere venena, virus
Iucundissimam vitæ societatem fictis sermonibus, & falsis criminationibus, dirimere, Cic.
Pacem sanguineis rixis & cædibus funestis mutare, perdere, vide **vprore.**

to Discouer, vide **to Bewray.**
Discreetly and Wisely.

Examinatè, perpensè, ponderatè
Non otiosè, cogitatè, cogitatò
Non temerè. Haud oscitanter
Meditatò, consultò, aduerbia
Cordatè, consideratè.

without Discretion, vide **without reason.**
a Dish, a Platter.

Catinus, & catinum, media, prod.
Catillus, carbata media cor. apud Mart. Scutella, πύναξ
Lanx, discus, a **Platter**
Paropsis, idis, per o penult.
Patina, patella
Alueus & concha in libro Iudicum
a Trey.

to Disherit, or to take away ones goods.

Exheredare, abdicare
Summouere ab hæreditate
Iure hæreditatis priuare
Possessione eiicere
ἐκβάλλειν τῆς ἀπάσιων
ἐξειλλειν
Alicui bonis interdicere
Possessionem alicui interuertere, interturbare.

to Dishonor, vide **to Blame.**
Dishonesty, rebuke, shame, or Infamie.

Infamis nota
Hipponacteum præconium, prouerb.
Dedecus non eluendum
Ineluebilis nota, contumelia
Nota, notula, vitium, dedecus
αἰσχύνη δυσφημία, ignominia
Infamia, sordes Cic. turpitudo
Opprobrium, probrum, labes,
Macula.

Manifestus. Apertus
Expeditus. Lucidus
Luculentus. Perspicuus
In promptu. Vide Plaine.

Euidently, vide Clеerely.
Euill spirits.

Spiritus deceptorij
Cacodæmones
Seductores, fallaces spiritus
Mali genij. πνεύματα πλάνα
Maligni spiritus. Vide Fayries.

an Euill man, vide an Ill man.
Exactly Perfectly, Cunningly, Workmanly, and Artificially.

Affabrè med. cor πύκα
Faberrimè. Exactè
Elaboratè. Accuratè
Optimè. Artificiosè
Graphicè. γραφικῶς
Perfectè. Planè
Pulchrè. Insigniter
Nobiliter. Decorè
Non infabrè, apud Liuium
Ad normam factura
Ad regulam respondens
Ornate. Politè. Perpolitè
Consummatè. Conquisite
Absolute Exquisitè
Ingenio præstanti & eruditione perfecta
Térque quatérque
Ad libellam
Ad amussim. ἀκριβῶς
Ad perpendiculum
Summa cura. Summo studio
Antiquo opere & summo artificio factum. Cic.

to Examine, to discerne, and to decide a matter.

Tractare, versare causam
Causam, negotium aliquod discutere, excutere, expedire
Discernere. Euentilare
Considerare. Expendere
Inspicere. Putare rem
¶ Decidere, transigere causam
Definire, statuere, decernere, proferre, ferre sententiam
Iudicare de negotio
Arbitrari Iuri consultis dicitur
Causam agere, agitare, dicere
Causam alicui adiudicare, apud Ciceronem
Sententiam dicere litis partibus
Determinare, iudicare causam
Litis nodum Tinedia bipenni dissecare
Nodum expedire
Anfranctus litium antiquare, pro extinguere
Litem, causam componere
Sedare controuersiam
Dirimere controuersiam, litem.
διαλύεσθαι τὰ ἐγκλήματα
Diiudicare.

to Examine exactly, to consider diligently, to weigh the matter well.

Consilia euentis ponderare, Cic.
Rem ad calculum vocare, veris rationibus expendere
In mente, cogitatione versare
Secum cogitare, ponderare, æstimare, metiri, dijudicare
Rem recta reputare via
Discurrere æquitatem, quid verius æquiusque, expendere
Inire cum ratione aliquid. Terent.
Secum voluere. Virg.
Cæcosque volutat. Euentus animo secum

Despicere

Dispicere aliquid acie mentis
Perpendere rem tota veritate
Cognoscere causam vel de causa est ius causæ discutere, vt tandem diiudicetur
Vngues arrodere
Dispicere quid è re propria sit
Altius considerare
Proprius inspicere, examinare, perpendere, Caput scabere
In nocte consilium, aurora vbi crastina lu gat, consultare,
Ruminare, seu remandare negotium
ἀναμάσσεσθαι τὸ πρᾶγμα, vt habent prouerbia
Reuoluere animo, mente
Etiam atque expendere
Concidere animo. βουλεύεσθαι
Mouere animo, apud Virg. pro cogitare
Attentius accuratiusque considerare
Studiosè meditari
Capere deliberationem, Cic. to consult or deliberate
Exquisita cura, summo studio pensitare
Reuocare rationem ad veritatem, rem ad rationem
Cogitationibus profundis ac penitioribus rem expendere
Non statim decernere, sed mora interposita
Expendere probè, non oscitanter, ad Critolai libram
Cogitationum fluxus ac refluxus sustinere
Magna cogitationum tempestate fluctuare, full of sorrow or pensiuenesse
Morari in re aliqua sollicitè
Omnia diligenter & exactè discernere, grauissimoque iudicio tanquam trutina ponderare
Scrutari diligenter secretiores sensuum recessus
Lentè consultare,
Præmeditari
Amplius diu deliberare
Subinde retractare

Rationes trahere, Salust.
Cogitare, pro memoria repetere, apud Cic.

to Excell, to Passe, to be more excellent.

Præstare, Antestare, Excellere
προέχειν, Præcellere
διαφέρειν, Excedere
Antecedere
Præire, Anteire
Antecellere, Præniterе
Præpollere, Superare
Vincere, Præeminere
Supereminere, Florere
Ante esse, apud Salust.
Præcedere, Transcendere
Primas tenere, πρωτεύεσθαι
Primas obtinere seu principatum
Palmam tenere, Præcurrere
Præterire, pro antecellere, vincere, apud Var.
Laudem Præripere
Præcipuum esse
Arcem tenere
Primam obtinere laudem
Multis parasangis præcurrere
Primas referre
τὰ πρωτεῖα αἴρειν
Equis (vt aiunt) albis præcedere, præcurrere
Longè vincere
Longo interuallo præcedere, anteire præire, præcurrere
Omnes procul à tergo relinquere
Antegredior
Nulli aut nemini cedere
Antecedere honore, ætate, vsu rerum
Concedere nemini in literarum experientia
Partes habere priores
Parem non habere
Vincere acta partis
Multis partibus superiorem esse
Primum mereri locum
Palmam magno eruditorum omnium

consensu præripere
Neminem suorum non superare
Principem vbique tenere locum
Nullum habere secundum
Primas tenere partes

Excellent.

Excellens, Præcellens
Præpollens, Prænitens
Præstans, Eximius
Illustris, Egregius
Perspicuus, Insignis
Inclitus.

Excellently, Passingly, Nobly, Princely.

Festiuè, Festiuiter
Regaliter, Magnificè
μεγάλως, Maximè
Celeberrimè, Excellenter
Egregiè, κόμψως
Singulariter, Præcipuè
Eximiè, Insigniter
Oppidò, Mirè
Vnicè, Apprime
Mirifice, θαυμαστῶς
Honestiè, Honestissimè
Pulcherrimè.

to Except.

Contra aliquos excipere
Excludere, ἐκκλείειν
Cauere, Præscribere
Exceptionem dare cum datiuo, pro excipere
Demere, Tollere
Exceptionem facere, vulgus dicit.

Except.

Exceptus, Exemptus
Posthabitus, Omissus.

Exchangers, vide **Bankers**.
to Excommunicate, vide **to Curse**.

to Excuse or discharge himselfe.

Diluere crimen, Obiectum
Purgare se
ἀπολύεσθαι τὴν ὑπόνοιαν
Dicere causam, apud Terent.
Propulsare, refellere accusationem
ἀπολογεῖσθαι
Abstergere adspersam labem
ἀποτρίβεσθαι κατηγορίαν
Fucis, malis coloribus, factum excusare. Crimen excusare lachrymis
Infamiam, maculam delere
Delere turpitudinem
Apud Iudicem se defendere
Inhumanitatis labeculam purgare, aspurgare
Intentatum falso crimen depellere
Demoliri culpam de se
Culpam conferre in ætatem in alios consultores
Grauem infamiam eluere, falsam suspitionem tollere
Extricare se, Expedire
Euoluere, Excutere, Vindicare
Adserere. Absoluere
Omni se turba euoluere
Abducere à molestiis, angoribus sollicitudine sese, apud Cic.
Curam dimittere, postponere abiicere
Occupatione aliqua se relaxare
Auocare animum è negotio omni
Graue curarum onus abiicere
Construuntur fere omnia cum accusatiuo personæ, & ablatiuo rei, vt curis laqueis, negotiis
¶ E retibus elabi. Periculum effugere, declinare
Euitare, emergere ex malis, ex negotio, flamma
ἐκκλῖναι ἐκπεριδιχίσαι
Astutè elabi. Elabi ex hostibus
Ex periculo, διαπεσεῖν
Eluctari, euadere. Vide **to escape out of danger, and to purge.**

an

an Excuse or Purgation.

Excusatio, πρόφασις
Purgatio, Prætextus & prætextum in neutro genere, apud Sueton
Color
Rima idonea per quam elabi quis posset. id est accusatio
Fucus. Velamen
Causatio. αἰτία
Obtentum, apud Tacit.
Occasio. προσκύλυμμα.

to Execute his charge, vide to Doe. to Execute, or to doe an Execution.

Exequi, Perficere. ἐπιτελεῖν
Executioni mandare
Facere, obseruare
Sine dissimulatione tradere effectui.

to giue a good Example.

Rectis moribus hortari ad studii emulationem
Exemplum præbere bonorum operum apud. Paul.
Populo omnis sanctimoniæ & pietatis exemplum præferre
In exemplum aliis prælucere
Formam bonę vitę præbere
Omnibus absolutum quoddam exemplare, exhibere, vnde omnes omnium virtutum formam sibi petere possunt
Forma esse debemus cæteris, non solum in opere, sed etiam in sermonę. Ambro.
Formare & erudiare aliquem exemplis, to giue an example
Immortale posteris imitandi exemplar relinquere
Exemplum tradere
Vitæ bonæ exemplis, sternere viam ad virtutes

to giue an ill Example.

Perniciosis nocere exemplis, Ber.
Prauis moribus aliorum nocere exemplo, i. moribus peruertere ac exemplis perniciosa secularibus prębere exempla
Trahere perniciem exemplo
¶ A re optima pessimum iuxta ac perniciosum sufferre exemplum, insanire est
Res est futura grauissimi perniciocissimique exempli, se contra magistratum prelatiumuè inferiorem sinamus obedientiam subtrahere, arma sumere, in rebellionem ruere.

to take an Example.

Exemplum, seu exemplar, vel rectè viuendi formam sumere, petere, capere, demere de re, apud Ter.
Documentum capere
A vicinis exemplum habent, apud Comicum
Proponere, statuere exemplum alicuius sibi
Commouent aliorum exempla
Res gestas in exemplum trahere
Aedere exemplum in aliquem est aliis documento esse, to punish one, for to bee an example to others
In exemplum aliorum punire
Aedere cruciatum, Cæsar
In eos omnia exempla, cruciatusque ædere, & apud Terent.
Vterque in te exempla ædent, i. alii de te exemplum capient
Natura comparatum, videmus, vt subditorum magnitudo, magna ex parte principis sui mores tanquam exemplarem quandam imaginem spectet, seque ad illos formare studeat. Chrysost.

Exempt from Subsidy, vide free from Custome.

to Exercise, to Practise himselfe.

Exercere se, ingeniumque suum
Versare in aliqua arte
Volutare
Consuetudinem atque exercitationem capere, factitare colere agitare
Assiduum peneque totum in re aliqua esse
Ingenium corpore exercere, Salust. hoc re ipsa exhibere, quod quis didicerit.

an Exercise.

Exercitum, Opus
Munus, Functio
Exercitatio, Ars
Ludus, Studium
Industria, Agitatio.

to Exhort, to Admonish, Counsell.

Monere aliquem resipiscentiȩ
Admonere, Commonere
Commonefacere
Commonere aliquem officii sui
Formare monitis, consilio
Memoriam facere
Suadere, παραγγέλλειν
Hortari, Adhortari
Cohortari. Exhortari.

Exiled, vide Banished.
contrary to my Expectation vide otherwise, &c.
Expedient, vide profitable.
Expences, Costs, or Charges.

Sumptus, Impendia
Expensȩ, ἀναλώματα
Impensȩ. τὰ διάφορα

¶ Emere victum annuum, pro quo vulgus ineptiens
Emere expensas.

Experience the Schoolemaster of many things.
Expert, vide wise.
an exposition, or interpretation.

Explanatio, Enucleatio
Expositio, Enodatio
Explicatio, Elucidatio
Interpretamentum
Glossæ. Glossemata
Declaratio, Enarratio
Exegesis.

to Expound, or to make to understand.

Explanare, Enodare
Edisserere, Enucleare
Explicare, Exponere
Discutere tenebras, caliginem, metapho.
Rem omnem pandere ordine
Subiicere rem oculis, pro apertè explicare, expedire
Obscuris lucem inferre
Griphum dissoluere
Oculis effusas tenebras aperire, apud Alciat Vtrunque
Declarare. Interpretari
Elucidare, Aperire
ἐκφράζειν. Emedullare metaph.
Soluere. Enudare
Enarrare, apud Cic.
Commentari, to declare by reason

not able to Expresse.
to Extend, to Enlarge, vide to Spread abroad.
to Extenuate, vide Diminish.
to Extoll, vide to praise.

a Fable

F

a Fable.

Fabula, Apologus
Commentum. Fabella.

a Face, a Visage.

Vultus. Facies, ei
Facies improba, cadauerosa, peregrina
Vultus seueros induere
Frons tranquilla, serena.

to hide, to couer the Face or Visage.

Vultum tegere
Velare. Condere
Abscondere. Abdere
Celare. Premere
Protegere ora dextra
Manus oculis opponere.

a dissembling Face.

Vultus simulatione sustinetur
Aliud vultu significatur. Aliud in animo latet: non congruit animus cum vultu
Dissentit animus à vultu
Animi sensum vultus occultat
Veram imaginem animi, vultus non præfert
Sensus animi cum specie vultus, minime congruit.

before the Face, vide in the presence.

an hainous Fact, vide Offence.

to Faile, to Erre, to misse, to goe astray.

Errare. Labi. Aberrare
Falli. Hallucinari
Succumbere culpæ
Deuiare. Diuertere
Nebula erroris circunduci
Exorbitare, ἐξιχνεῦσθαι
Rabie erroris agi
Cæcutire, falli iudicio
Agi erroribus
Teneri, Decipi errore
Cadere. Decedere via
Deflectere à via regia
Delirare. Extra callem esse
Grauiter cadere. Digredi
Longe digredi. Impingere
Aberrare toto cœlo, tota via
τῇ πάσῃ ὁδῷ ἁμαρτάνεσθαι
ἐκτρίπεσθαι. Deflectere iter
Opinione, sensu, atque animi iudicio falli
Longè diuertere. ἐξαμαρτάνειν
Animo aberrare. Duci errore
γνώμης ἐξιστάναι
Aberrare à viritatis limitibus, Cicero
A cursu rectæ rationis abstrahi
Dormitare
Decidere archetypo, Plin. pro aberrare ab exemplari.

to Faile or misse in the beginning, vide beginning.

a Fainting, vide Sowning.

a Faint heart, vide a base minde.

a Faire, a Mart, a Market.

Forum. ἀγορὰ.
Emporium, locus mercatus, & nundinarium
Forum venalium
πωλητήριον. Nundinæ
Conuentus publicus
Mercatus pro loco, apud Liuium, & Ciceronem.

Faire, welfauoured, beautifull.

Formosus. εὔμορφος

Pulcher. Venustus
Elegans. Singulari pulchritudine præditus
Decorus facie Speciosus
Scitus puer, apud Terent
Forma præcellens
Specie valens
Eleganti forma præditus
καλλίπυγος
Solinus de Alexandro magno: Lætis erat oculis, & illustribus, reliquis gratiam rubescentibus, reliquis corporis lineamentis non sine maiestatate quadam decorus
Eximia quadam forma vel specie
Nireus. Paris, Homericus, pulcherrimus
Cum ipsa Venere certans
Forma supra hominem augustiore
Talis prouerb. ex quo prodijsse dicitur, sicut Herculis clypeus, prouerb. de re pulcherrima & varijs ornamentis insigni, Alciatus
Liberalis pro pulchro & eleganti, apud Terent. & Plaut.
Lepida & liberali forma. Vide **Welfauoured.**

Fairenesse, Comelinesse, vide **Handsomnesse.**

Fairies, Nimphes, or Spirits.

Lemures. Laruæ
Mormo, facie monstrosa mulier
μορμώ.
Stryx, tametsi alij autem esse contendant exugentem sanguinem
Maniæ μανιαι
Maniolæ. Mommæ. μομμώ.
Genij. Tutelares. Lares, Diales, Plaut.
Lemures nocturni. Phlegethontiaci
Stryges. Lemuria
Lamiæ. Vmbræ Plutonides.
Monstra profundi
Orci satellitum, numina
Tartarei manes
Dij inferi, monstrosi
Bacucci dicebantur veteribus
Terribiles visu formæ
Poetarum tum figmenta, tum etiam hominum renera sunt terriculamenta
Sunt etiam species mortuorum
Noctuum occursacula
Sepulchrorum terriculamenta, **spirits**
Bustorum formidamina
Est & genus dæmonum bonorum atque vsu hominum gaudens, nilque mali inferens
Huius sortis traduntur esse
Eudæmones. Syluani
Syluarum numina, Syluicolæ, corinigeri, semicapri
Satyri. bicornes
Fauni hircipides. Faunorum prodigiosa cohors, de quibus apud diuersos diuersa leguntur
Et Dryades, ac Hamadryades
Nymphæ syluarum
Naiades, nymphæ fontium vel fluuiorum
Panisci dij syluestres. Panes
Orcades montium, noctiuagi, monticolæ. Catulæ natæ
Nereides. Nymphæ marinæ
Insuper puerorum terriculamenta sunt.

Faithfull, Trustie, Truehearted, Sure.

Fidus. Fidelis
Pilades. Theseus
Achates
Homo antiqua, cana fide
Certus amicus, valde fidus
Id tibi ero quod olim Thesus Herculi, aut Achates Aeneæ.

to Fall or slide downe vpon the ground.

Cadere. Ruere. Labi
Delabi. Prælabi
Perlabi. Collabi

Succum-

Succumbere, procidere
Succidere, defluere ad terram
Labascere
Grauiter ad terram pondere vasto concidit
Cadere in Hostes. Pronusque magister voluitur in caput
Assiduo pigram pulsat humum
Collapsa sunt membra
Concidere, πίπτειν, decidere
Petere terram, omnium genibus vestigiisque prouolui
Abiicere se ad pedes alicuius
Prolabi in terram.

to Fall downe, vide to Perish, or Decay.

the Falling sicknesse.

Morbus comitialis, Diuinus
Sacer morbus, quem ἱερὸν Græci (Apuleio teste) dicunt
Morbus Herculanus, quod eo Hercules laborasse dicatur
ἡράκλειος νόσος, morbus Herculeus, Maior morbus
Morbus S. Valentinij, Cornelij
Morbus caducus, à cadendo
Epilepsia, ἐπιληψία, apud Græcos
Epilentia, barbara vox.

False, Uniust, Untrue.

Falsus, fallax, infidelis
Infidus, iniustus, dolosus
Astutus, peruicax, furtiuus
Fraudulentus, vafer
Versutus, subdolus
Versipellis, callidus
Mendax, Bilinguis

False, Forsworne, Disloyall.

Perfidus, fœdifragus
Contemptor æqui
Thrax, à moribus genitus perfideque fœdera nescit
Iniquus, sceleratus
Improba nec fides
Cui nec Pœnus, puuicus
Perfidiosus, periurus
Græca fide omnia agens, falsæ periuria linguæ, vide Inconstant.

Falsly, Deceitfully.

Fraudulenter, fallaciter
Deceptoriè, dolosè
Per imposturam
καπηλικῶς
Per fraudem, captiosè.

Falshood, Guile, or Deceit.

Perfidia, punica
Subdola, francigenarum leuitas
Inconstantia, fallacia
Fides Græca, punica.

to Falsifie, to Counterfeit.

Adulterare, vitiare, δολοῦν
Fucare colorem
Corrumpere, quod barbari dicunt falsare
Argentum auro confundere, apud Plinium
Ære miscere, ornare, adulterare, & verbum ærare
Monetam eleuare, immutare
Et præter valorem æstimare
¶ Adulterare rationes Metaphoricè, pro conturbare, vel falso describere, to make a false reckoning.

Falsified, Counterfeit.

Fucatum, adulteratum
Fallax, fucosum
Fuco tectum, non sincerum
Mendax & fictum.

Falsified or counterfeit gold.

Aurum adulterinum, adulteratum falsum, ἀδόκιμον
Subæratum, παράσημον
Imitaticium, reprobum.

Fame

Fame, Bruit, Rumor, or Report.

Fama & famen
Volat, volitat, refert, it, ruit
Peruolat, vulgatur, vagatur
Serpit per Agmina, murmur
φήμη, dictum populare
Sermo hominum
Rumor, rumusculos facere, spargere
Disseminatus dispersusque sermo sine certo autore
ἀδέσποτος λόγος
Fabula vulgi
Incerta opinio
Fama dubia.

Familiar.

Familiaris, domesticus
Coniunctus, conueniatus.

Famine, vide Hunger.

Famous, Renowned.

Spectatus, celebris
Celeberrimi nominis, vel celebrati
Excellens, egregius, eximius
Amplus, perspicuus
Diuulgatus, clarus
Optimæ famæ, opinionis
Boni nominis, insignis
Magnæ authoritatis
Famosus tam in bonum quàm in malum
Præclarus, insignitus
Magnæ famæ, Clarior Alcide
Cymbalum mundi, Cœli filius
Fama super æthera notus, Virg.
Cuius gloria quam latissimè patet
Rebus gestis gloriam maiorum suorum obscurans
In Germania, Italia celebratus
Sublimi feriens vertice sydera, Hor.
Laus cuius syderis surgit adusque polos
Primæ notæ, A great Lord.
Haudquaquam postremi nominis
Virtutibus, vitæ integritate, morum suauitate, probitate insignis
Præclaræ famæ
Nominis celebritate, munificentia liberalitate vbique terrarum notus
Famigeratus, nominatus
Nominatissimus in sacris Bibliis passim obuia
περιβόητον, πολυθρύλλητος

to become Famous, vide to get a good name.

a Fan for a Woman.

Vannus λίκμος, à quo diminitiuum Vallus
Cribrum cereale
Ventilabrum, etiam est instrumentum quo grana repurgantur à paleis
Capisterium vel Scaphisterium
σκαφίς, vt Georgius Merula scribit genus vasis rustici ad expurgandum frumentum
In vita B. Benedicti per Gregorium descripta, huius instrumenti fit mentio.

to Fan or winnow corne.

Vanare, fruges purgare
Ventilare, λικμᾶν
Vannis expurgare
Euentilare, λικμίζειν
Paleas à frumento separare
¶ Cribrare, cernere.

a Fardell, vide a Burden.

Fare you well, God keep you.

Vale, valeas, valebis, valeto
ἔῤῥωσο εὐτύχει
Bene valeas
Fac valeas
Propere valeas
Cura vt valeas
Cura valetudinem

Sospitet te Deus
Seruet te Deus
Conseruet te incolumem, δωτὴρ ἐάων, i. bonorum datur
Vale felix, Bene vale
Optimè vale & me ama
Vale pancraticè, aut si mauis athletice
Vale faustè ac fœliciter seculi nostri singulare decus
Opto interea te bellissimè valere
Te Deus opt. max. quam diutissimè seruet incolumem, semperque fœlicibus incrementis in maius prouehat.
Hospes, variosque vitæ circumspice casus, Petrarcha.

Farre off.

Eminus, μακρόθεν
A longè, De longè, ἔκαθεν
Procul, ἄποθεν
Hos longa referre mora est
Non longo distant cursu.

to Fart, to let a Scape.

Pedere, περιδέειν. βδέειν
Ventris crepitum emittere
Ventum, flatum, ventris emittere
Facere, edere crepitum ventris
Parte posteriore loqui
Postico crepitare
Dormitantibus oppedere
Animam per guttur posterius emittere, apud Plaut.
Animam posteriore suffire, vaporare, alicuius nares, os
Tetro odore auras suffumigare
Vitiare odoribus auras
Agebat animam, id morte Claudij à Seneca positum est. Nam anima pro vento quoque ponitur
Constrictis, compressis naribus sibilare.

you keepe your old Fashion.

Tuo more facis
Non insolens istud facis
Antiquum obtines
Nil facis noui.

to Fast.

Ieiunare, νηστεύειν
Inedia vti, ἀσιτεῖν
Abstinere cibo, vel à cibo
Ventri bellum indicere

after the old Fashion, vide Custome.

Fat or Fatnesse.

Pingue, Pinguedo, Pinguitudo
Adeps, στέαρ, Aruina
Sagina
Pinguedo superuacanea
Papa metaphoricè
Abdomen, propriè pinguedo spinæ adhærens
Sumen, ἦθαρ. ex capillis suillis.

Father.

Pater, πατὴρ
Genitor, γεννήτης
Parens, Author sobolis
γεννέτωρ
Sator pro patre poeticum est, Virg.
Sator hominum atque deorum
¶ Aui, Ataui
Patres, Progenitores.
Maiores, Our Elders
Prisci, veteres, veterani, vetusti, annosi.

a Fault, vide Offence.

to put or lay the Fault vpon another.

Culpam conferre in alium
ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν ἐπ' ἄλλον
Alteri impingere
In alium culpam reijcere, deriuare crimen suum
Referre crimen in alium
Transferre & vertere in alium
Reijcere aliud in quempiam
προτρίβεσθαι

Alium in suspicionem criminis trahere, vocare
Culpam in alium transferre
Alieno imponere tergo, quæ nos cunque premunt
Alios incusare
Crimen in alium reijcere
Conquisitis coloribus culpam pro virili amolire, in alienos humeros reijcere, retrudere
¶ Suspitionis notam expiare
Crimen dissoluere, crimen effugere, siue elabi ex crimine.

to returne to his former Faults, vide to Stir againe.

to Faulter in going. vide to Stumble.

to Fauour, to beare good will.

Erga aliquem bene affectum esse
Alicui fauere, studere, stare
Bona precari, & ex animo alicui bene velle, bene cupere
πρὸς τίνος εἶναι
Adesse. Fauere proposito
Erga aliquem propensum habere animum. εὐνοεῖν
Præbere se placidum
Respicere placato vultu
Cœptis ingentibus adsis
Consulite, & rebus succurrite duris
Premere pollicem, prouerb.
Impensissimè studere alicui
Impendio fauere. Suffragari
Adspirare conatibus alicuius vel cœptis
Propendere in aliquem ornandum, euehendumque
Afflare auram alicui
Stare pro partibus alicuius
Beneuolentiam erga aliquem habere
Linguis animisque fauere. Vide **to loue one**

Fauour or good will.

Studium. Fauor
Summus fauor, pro quo Horatius dixit vtroque pollice
Expositus ad bene merendum de aliquo animus
Animus propensus, ab omni inuidentia alienissimus
Mirum quoddam erga aliquem studium, gratia
Amicus & beneuolus affectus
Aura quoque pro afflatu & fauore ponitur, apud Virg.

my Fauour and good Will towards you, I will shew.

Meam in te non mediocrem, non vulgarem, eximiam, summam, singularem, incredibilem amicitiam, beneuolentiam re declarabo, ostendam, patefaciam, testificabor, testatum apud te relinquam, tibi probabo, illustrabo.

to be in Fauour.

Gratia apud aliquem multum pollere, vigere. valere
Omnibus probari & diligi
Emereri fauores
Conciliare, inire gratiam
Acceptum reddere, **to bring in fauour.**

nothing Fauourable vnto mee.

Parum æquus mihi
Iniquior est mihi
Non ita bono erga me est animo.
Parum amans mei, minimeque fauens
Aliorum potius quàm meis partibus studens.

Non admodum studiosus mei.

Fauourable, vide Gently. to Feare, to Dread, to be in great feare.

Metuere. Formidare.
Metu trepidare, percelli
πλήσειν. Trepidare
Pauere, Tremere
Contremere, Pauitare
Expauescere, Pauore perfundi
Accipere metum, Terent
Extimescere, Vereri
Pauescere, Metu concuti
Timere, Extimere
δειδειν. δειλιάζειν
Terreri, Horrere
Abhorrere, Horrescere
Pauido animo esse. Vereri
Contremiscere omnibus artubus, tota mente
Timore percelli
Pauore contremere
Cadere mente, animo
Formidine angi, pauoribus, concuti.
Auribus lupum tenere, prouerb. to stand in great feare
In metu vultu exalbescere, mutare colorem
Animo consternari
Pauor occupat artus, apud poet.
Pauor ingruit ingens
Metu mens concidit
Timor, metus aliquem inuadit.

to Feare, to make afraid, to Dread.

Terrere, Deterrere
Percellere animum, ciuitatem pauore Mouere
Inopinato rerum infestantium metu quærere
Pauore ingenti concutere
Exterrere. Perterrere
Terrefacere, ἐκπλάσσειν
Iacere terrores non mediocres
Exanimare metu
Pauore enecare, Terrorem iactare
Terrorem, metum incutere
ἐμποιεῖν φόβον
Inijcere pauorem, metum, formidinem. Trepidare metu
Territare, pauescere
φόβους ἐπαρτᾶν, Perterrefacere
Terroribus pulsare, percellere, frangere audaciam alterius
Attonitum reddere seu perculsum
Sæuis dictis deterrere minisque, apud Virg.
Verborum strepitu mouere
Metu alicuius animum sollicitare, perterrere dicitur varia & incerta solicitudine.

Feare, Dread.

Timor, Pauor
Metus, Formido.

Fearefull, Timerous.

Formidolosus, Meticulosus
Trepidus, Pauidus
Timidus, Ceruinus vir
ἐλάφειος ἀνὴρ
Exanimis, Exanimatus
Instar leporis ad omnem strepitum expauescens
Imbellis, Stupidus, Tremefactus
Attonitus, Tremebundus
Vmbram suam metuens
Timidior Pisandro. Rheginis, vel Epeo, Pauido fugacior agno
Abiecto scuto fugiens
Phipsaspis. φίψασπις
Cui mens mota vacillat, & extra pectus salit, ac trepidant quoque corporis artus
Timidus quasi sub omni lapide dormiat scorpius
Arundinis more, ad lunæ vmbram trepidans, vt est apud Iuuen
Ad strepitum aridæ vesicæ, tribus pisis imissis fugiens

to leaue off or lay downe Feare.

Ore tremente ponere metum
Tollere formidinem, exuere, deponere
Terrorem percellere, expellere
Pauorem occupare, excutere
Mæstum timorem mittere, lenire
Soluere metum corde, auferre
Abeunt, redeuntque mihi, variantque timores
Formidinem deponere
Pauor ossa reliquit
Sistere metum. Terrorem percellere.

without Feare, vide Stout, a cold Feast.

Conuiuium frugale, sobrium
Sordidus apparatus
Cœna Hecates, perparca scilicet & impendio frugalis
Psyta Bacchum
Nephtalium sacrum
Sacrum sine fumo tenue conuiuium
ἀκαπνος θυσία
Canium prandium, id est, abstemium, vbi vinum non bibitur
Lari, Cereri sacrificare.

to celebrate a Feast, to keepe holy day.

Festum celebrare. Diem festum agere
Parare festum solennem
Conuocare ad festum
Agere festum tempus, Agere, peragere natalem.

Feeble, vide Weake. to Feede, to nourish, to bring vp.

Alere, τρέφειν
Fouere, Nutrire
Sustentare & sustinere
Enutrire, Educere
Educere Liberos sumptu suo, labore maximo
Educere à patulo, Terent
Alimenta præbere, Educare
Tollere, apud Terent. pro eodem
Delicatè, curiosè ab infantia nutrire
ἀπιτάλλειν

to Feede, to keepe Beasts in the field, to graze or to pasture.

Pascere, Pasci
Depascere & depasci
Carpere herbam
Gramina. Pabula
Herbis armenta alere
Pascere gramine cibo
Quadrupes graminis herbam attingit
Longum per valles pascitur agmen ceruorum
Virides armenta per herbas pascuntur
Repetunt celere pascua nota greges
Equos in gramine vidi tondentes campum
Passim soliti pascuntur campum equi
E pastu referre oues

Feeding, Meat, Nourishment.

Alimentum. Alimonia
Nutrimentum τροφὴ
Cibus, Esca
Commeatus, Victus
Pabulum propriè est cibus herbaceus pecudum & aliorum brutorum.

Fellowship, Company.

Contubernium, conuictus, sodalitas, sodalicium, societas, commercium
Consortium, & consortio, apud Liuium, Cic. Familiaritas
Consuetudo. Vide fraternity.

Fellowes

Fellowes, vide **Companions.**

a Ferret.

Viuerra quæ in cuniculo immittitur vt prædam illiceat, γαλῆ
Mustela syluestris, rustica
Ictis, idis, ἴκτις, pilo faciéque alba est si sub ventre refescat Matrem, Matruellum, seu Fouinum vocant, **A Polecat.**

Fertilitie, Fruitfulnesse.

Feracitas, fertilitas, præmia telluris
Fœcunditas, vbertas
Bonitas, apud Cic. Offic. 1.
Abundantia, Tusc. 2.
Terra fertilis, potens veræ glebæ.

Fetters or Shackles.

Compedes, pedicæ, med. cor.
Neruus & Neruum genere neutro
Numellæ, apud Plaut.
Afin. vinculi genus ignei, quo collum & pedes impediuntur, **a paire of Stockes.**
Boiæ, catenæ
Manicæ, **Manicles**, & alia manuum vincula quæcunque
Lora, loramenta
Vincula, ἰλλέδανες, δεσμοὶ
Funes, funiculi.

to Fetter, vide **to Tie.**

Few or little.

Pauci, rari
Infrequentes, vide **Little.**

Field, Land, Ground.

Ager, agellus, fundus, aruum
Campus, rus, ἀγρὸς ἀγρίδιον
Aequor, Poeticè.

to Fire, or to set on fire.

Tectis facem subdere
Ignem in ædes eiaculare
Incendium nobilis fabricæ manu propria struere, Solin.
Dant clara incendia lucem, incendia misiere
Flammas ore vouere
Vrbs igne recidit
Incendere, incendium facere
Ignem vel faces inferre, subiicere.

Fire.

Ignis, rogus
Oculis iuuat acribus ignis
Vulcanus, inuentor pro re inuenta, & Vesta pro igne, Virg.
Dumque suas peragit Vulcanus Vestáque partes.
Incendium, φλὸξ, τὸ πῦρ.

Saint Anthonies Fire.

Ignis sacer, Ignis Persicus
Ignis sancti Antonij
Ignis Antoninus
Carbo, carbunculus, anthrax, pruna
Eræcipelas, species inflaturarum seu scabici malæ sunt.

to make a Fire.

Componere ignem, struere focum
Sonat accensis spica focis
Curare vt focus ardeat
Ligna iniicere
Focum reddere luculentum.

to blowe the Fire.

Excitare ignem, accendere, inflammare
Ignem sufflare & conflare, vtrumque apud Plin.

to strike Fire with a flint.

Ignem lapidum conflictu atque tritis elicere.

Fomite ignem elicere
Eruere, excutere ignem ex silice
Quærere semina flamma abstrusa in venis silicis
¶ Et Dracones dicuntur ore flammas reddere, spirare, naribus auras sulphureas spargere
Efflare faucibus ignem.

Firie darts.

Igneæ faces, ignes proiectiles
Tela & missilia ignea, ignita, ardentia
Bolides, βολίδες
Pilæ sulphureæ, fulmineæ, Mant.
Malleoli fasciculi ex pice & sulphure, Cic.
Pyroboli, πυροβολοι
Hinc pyrobolarij dicti iaculatores pyrobolorum
¶ Bolides mittere, iacere, to cast firy darts
Igniarios globos ad excitanda incendia iniicere: miro artificio inextinguibili quadam materia infartos
Flammas ad culmina domus iactare
Attollit globos flammarum, & sydera ambit
Ignem ad fastigia iactant, ardentes tædas.

to quench the Fire.

Ignem restringere
Ignem fontibus opprimere
Ardorem, ignem extinguere, restringere
Incendia compescere.

to goe in a Fire.

Testificandæ comprobandæq; quam tueare sententiæ causa in ardentem rogum insilire
In flammas ire
In caminum ignis æstuantem se coniicere.

to be Fierie, Cruell.

Crudeliter agere, sæuire
Ferocire, ἀγριαίνειν
Crudelitatem, immanitatem, sæuitiam in aliquem exercere
Desæuire, grassari, ab humano ritu prorsus exulare, Soli
Humanitatem omnem, hominem prorsus exuere, Cic.
Tyrannidẽ exercere, vide Tyranny.

a Fierie face, or a cruell countenance.

Tyrannicus aspectus, atrei oculi
Torue micantia flammis lumina
Tetricus, formidabilis aspectus
Gorgonei oculi
Tenedius homo, prouerb.
τενέδιος ἄνθρωπος.

Fiercely, Cruelly, Hastily.

Atrociter, ferociter
Crudeliter, centauricè
Truci visu, terrifico sono vocis
αἰκῶς, gladiatorio animo
Hostiliter, inciuiliter
Inhumaniter, immaniter
Imperiosè.

to Fight, to ioyne battell, to Skirmish, to make warre.

Certare, decertare
Bellare, vel ri, apud Virgilium
Ferro rem agere, gerere
Martem experiri
Cruentum in hostem stringere ferrum
Concertare, confligere
Immensa Christiani sanguinis iactura, bellorum tumultibus collidi
Marte totum concutiente orbem
Certamine, ferro congredi
Certamen gerere
Committere bellum
Infestis coire signis, Ad pila venire
Venire in aciem, dimicationem, certamen, to come into the field.

Congredi cum hostibus
Descendere in prælium
Collatis signis & versis gladiijs depugnare, apud Plaut.
Conferre ferrum cum aliquo
Manum conferre, Virg.
Pedem conferre
Manum ferre, pro conferre, Virg.
In arenam, in certamen descendere
Acriter pugnare
Tanquam pro aris & focis dimicare
Ferro rem decernere. Bello contendere
Confligere. Conflictari
Bellligerari. Bellare
πολεμίζειν
Præliari. Velitari
Pugnare. πολεμεῖν
Manum conserere. Luctari
Ad manus venire, quod Græcis est, εἰς χεῖρας ἐλθεῖν.
Armis confligere, decernere
Bellum gerere, versare, ducere
Bellum mouere, inferre, ciere
Facere, committere pugnam, prælium
Certamen, prælium, pugnam inire, to begin the Battell.
Concurrere inter se equites dicuntur, quando manus conferunt infestis signis
Medios moriturus in hostes, irruit
Bellum, pugnam, cædem, prælium, strages ædere
Medijs se miscuit armis
Dimicare. Oppugnare
Arma capere, parare, exercere, capessere
Mouere arma. Conferre signa
Concurrere
In medias dat sese acies
Acie se accingere
Mauortis opus exercere
Inferre arma, apud Cic.
Cernere cum hostibus, pro decernere, apud Plautum
Suis auspicijs exercitum ductitare

a Fight, a Skirmish, a Battell, or Warre.

Bellum. πόλεμος
Certamen. Conflictus
Pugna. μάχη
Congressus. Arma
Bellorum procella. Prælium
Duellum non duorum tantùm, sed multorum ipsorumque exercituum pugna, apud Horat. & Plaut.
Mars pro pugna, Poetice
Alias Dea Belli quæ & Pallas
Minerua. Gradius. Bellona. Enyo
¶ Pugnæ leues velitares
ἀκροβυλισμοί. Velitationes
Tumultuariæ incursiones
Excursiones importunæ, Skirmishes
In velitationem irritare, to prouoke
Et leuiter pugnare, lacessere, prouocare prælij causa
Præludere in pugna
Iaculare, ἀκροβολίζειν.

a Filbert, or a Hasill nut.

Auellana, ab Anella ciuitate Campaniæ
Alarea nux
Corilus. κορίλος. arbor & fructus
Abellina
λεπτοκάρυα. Nux pontica
Nux prænestina. ἡρακλεοτική.

to Fill, to Satisfie.

Saturare. Implere
ἄσαι. Exsatiare
Exsaturare. Complere
Latrantem, rugientem stomachum exsatiare
Replere. Supplere
Ad saturitatem vsque omnium ciborum genere explere ventrem
Ventriculum distendere
χορτάζειν ἐλάειν
Satiare. Expiere
Farcire. Infarcire
Ventrem sedare, lenire latrantem

Horatius : Cum sale panis latrantem stomachum bene leniet
Famem cibo solari
Nimia sacietate distenditur venter
¶ Satiatus, Satietate defessus
Filled.

to Fill drinke or wine, vide to Powre.

Filthy, Foule, Vncleane.

Fœdus. Immundus
Fœdatis crinibus
Illotus. Impurus
Fœdato vultu
Spurcus. Cœnolentus
Lutulentus. Cœnosus
Fœditus. Incestus, a, um.
Opicus. Pollutus
Turpis. Maculatus
Contaminatus. Sordidulus
Sordidus. Collutulatus
Defœdatus. Inquinatus
Obscœnus. Corruptus.

Filthinesse, Vncleannesse, Refuce.

Sordes. ῥύπος
Immunditia & es, ei.
Sordities. Fœditas
Inquinamentum
Spurcitia & Spurcities
Squalor. Pedor
Illuuies. Retrimentum
¶ Reiectamentum. Reiectanea
Quisquiliæ. Peripsemata
¶ Ramenta. ῥινίσματα
Scobes. Rasamenta
Limatthæ. Shauings
Petritamenta. Strigmenta
Teterrima, omnium rerum purgationes.

Finally, at length, at the last, last of all.

Vltimò, Nouissimò
Ad vltimum. Nouissimè
τελευταῖον
Denique. Demum
Postremum. Postremò
Ad postremum
Ad extremum.

to Finde, to get.

Inuenire adhibito consilio propriè
Reperire casu fortuito
Offendere imparatum aliquem. Cic.
Nancisci, apud Lactantium, pro inuenire
Comperire
εὑρεῖν. εὑρίσκειν.

Fine dishes, vide Delicate meate.

a Fine, a fit fellow for all things.

Ad omnia paratus, aptus, appositus, accommodatus, promptus ad omnes res
Nemo eo aptior atque commodior in omni re
In omni iudicio egregius & perpolitus est
Summa est in illo ingenii suauitas & elegantia
Eo est ingenio, eo vtitur ingenio, vt quiduis exequi & præstare commode possit
Nihil agit non aptè, non commodè, non eleganter; non lautè, non vevenustè, non lepidè, non egregiè
Habet lepores, elegantiam, gratiam, venustatem in omni re
Habet hoc à natura, vt ad quamcunque rem se conferret, quamcunque rem compesceret, non pessime ea perfungeretur, & ex ea cum laude discederet. Vide Apt.

Finely, vide Trimly.

the Fingers with their names.

Digitus, δάκτυλος
Digitulus, & Digitellus
Articulus pro digito, apud Ouidium in Ponto

¶ Pollex, grossus est digitus, ita dictus, quod vi ac potestate multum polleat. Græcis vocatur ἀντίχειρ & μέγας δάκτυλος, the Thumbe Hallux etiam dictus ex eo quod super proximum saliat vt manu constricta videre licet, à Græco ἄλλω seu ἄλλομαι

¶ Index digitus pollici primus à veteribus salutaris dictus, Græcis λιχανὸς seu δεικτικὸς, quod eo indicium fiat si deprimatur, silentij Si verò leuatur faciem versus flectatur, auertatur, accessus indicium habeatur, the fore finger

¶ Sequitur Indicem Medius, ὁ μέσος δάκτυλος qui Græcis σφάχελος dicitur diuersaque habet apud Latinos nomina. Vocatur enim infamis seu famosus: Is enim porrectus irrisionis & contumeliæ signum erat, vnde apud Iuuenalem. Mediumque ostenderet vnguem quod in prouerbium abiit, pro irrisionis nota. Dicitur præterea, Impudicus, vocatur & verpus à vertendo podice. Articis καταπύγων seu καταπυγὴς, the middle finger, or great finger.

¶ Inter medium & minimum est digitus, qui medicus seu Medicinalis vocatur ἰατρὸς, παράμεσος, & ab annuli gestatione annularis dictus est Græcis δακτυλιώτης, seu ἐπιζάτης, & secundum Politianum Misella: deriuatur enim ad eum digitum in manu sinistra neruus quidam è corde natus, vt tradunt. Physici, the leach finger or ring finger.

¶ Sequitur Medicum seu Annularem μύωψ, id est, minimus cæterorum comparatione, alio nomine dictus Auricularis, quod eo in mundandis auribus vti solemus. Græcis dictus ὠτίτης, the little finger.

Fineneffe of speech, vide Elegancie.
to Finish, vide to End.
Firme, or Sure, vide Stedfast.
the Firmament, vide Heauen.

a Fishpond, or Stew.

Piscina. Viuarium
Ichthiotrophium

a Fisher Boat.

Lembus, Horia
Nauigium piscatorium
Lembunculus
Nassa, ἀπεδόνη Græcè.

Fitt, vide Apt.

a Flapper, or a Flappe for winde.

Ventilabrum
Flabellum, ῥιπίδιον.

Flashing, vide Lightening.

a Flat hand.

Manus vel palma porrecta
Manus lata atque extensa, explicata
¶ Contractam vero vel compressam manum pugnum vocamus, a fist, δραξ.

to Flatter, to speake faire. to allure with Faire words.

Blandiri. Obsequi. Adblandiri
Assentari, Obsecundare
Arridere,

Arridere, Adulari
Palpare, Palpitare, cum acto
Parasitari. παρασιτεῖν
Allectare, blanditiis attrahere, inducere, inuitare
Delectare, Subinnitere, Lenocinari per translationem
Pellicere, Præmiis aliquem inuitare
Lactare per translat. vt, Nisi me lactasses amantem, Terent.
Duci phaleratis dictis
Palpam obtrudere
Gnathonem agere Terentianum
ὑπαικάλλειν γναθίζειν
Sublinire os. Placentia loqui
Supparasitari
Parasitastrum agere
Fumum vel fumos vendere
Oleum vendere in Euangelio
κολακεύειν. κερκωπίζειν
ἀδελφίζειν
Vitiis mollire. Oratione blandire
Palpo percutere
Aqualiculi farciendi gratia nihil non facere & dicere
Mulcere, permulcere, demulcere aures, caput.
Spargere aquam, metaphora ab equis ducta
Thus pedere
βδεῖν λιβανοτόν.

A Flatterer, a Flearer a Smelfeast.

Assentator, κόλαξ
Palpo, onis. Palpator
Palpitator, Adulator
Fumum oleumue venale habens
Gnatho, Gnathonem agens
Gnathonicus, Blandiloquus
Parasitus, παράσιτος
Ventris causa Gnathonicam exercens artem. Cinislo.
Adulatoris notam ferens
Oleum in auriculam ferens
Ventris causa aqualiculi gratia farciendi, nihil non agens, dicens, iuxta illud Gnathonis Terentiani Ait aio. negat nego
Ficum petens, prouerb.
συκον αἰτῶν, vt vulgus in hodiernum vsque loquitur. Hee would faine haue a figge
γλωσσογάστωρ, linguam habens venalem Cænipera
Assentatores vocat Phocylides τραπεζοκόρους, ἑταίρους mensipetas socios illorum odas psallentes quorum panem comedunt, qui inquam assentatores in malis fouent plerunque magnates, & quasi puluinar scabiosis illorum brachiis subijciunt, loquentes Placentia, Vide Allurer.

Fleame, vide Spittle. Flitch of Bacon, vide a Gammon, &c. a horse Flie.

Oestrum, οἶστρος
Asylus, Tabanus.

to Flie, to runne away, to escape.

Fugere, Aufugere, Auolare
Capessere, Dare fugam, Euitare
Dare terga fugæ. Ouid.
νῶτα δοῦναι, Dorsum dare
In fugam conuerti, diffundi
Tergiuersari. Arripere fugam
τὰ νῶτα μεταβάλλειν
Dare, mandare se fugæ
Terga dare
Fugam capere, ἀποφύγειν
Pedem retro ferre, Dare se retro
Referre pedem ac retrahere
In fugam se coniicere, conferre, dare.
Profugere
Pedibus salutem quærere
Cæterum apparare, moliri, adornare fugam, To prepare to flee

Meditari, Græcè, βουλεύειν τὴν ἀπόδρασιν
Talare inducere,
Fidere pedibus
Dare se in pedes. Terent.
Fugam facere
Fuga vincere
Fuga rebus suis consulere
Fugam arripere, corripere, festinare, agitare, celerare, tenere, texere, tentare, petere, conuertere, quærere
Vela dare metaph. pro aufugere Virg.
Proiicere vel coniicere se in pedes
Cauum siue volam pedis ostendere
Calcaneum ostendere
τὸ κοῖλον τοῦ ποδὸς δεῖξαι
Terga vertere, frequens, apud Historiographos, & in Bibliis
Postico discedere, sibique consulere
Suffugere, to slip away
Conferre se, apud Cic. pro confugere, Proripere sese conspectu alterius
Quo nunc se proripit ille? apud Virg. whither commeth hee, whither sneaketh he, or creepeth out of the way
Maturare fugam, apud eundem, vide Escape

to Flie as a Bird.

Volitare, πέτεσθαι
Peruolare sublime, Altum ire inter remigio alarum
Volare, Sulcare aera
Athereas carpere vias
Euolare, in altissima tollere
Pennis tolli, niti.
Secare pennis æthera
Petere æthera pennis
Stridulis alis tecta superuolare
Mouentque per aera pennas
Magnis clangoribus quatere alas
Pernicibus esse alis
Labi pennis
Cæli medio volare
Paribus niti alis
Fertur in arua volans
Celeres commouere alas
Tenues se sustulit ales in auras
Pennis se tradere cælo
Aethera verberabat alis.
Iactare, mouere, vouere, agitare alas
Remis alarum insistere
Alleuari pennis
Alis distringere.

to put to Flight, to driue away.

Fugare Conuertere, vertere, agere in fugam
Abigere, arcere, aliquem limine
Dare, agere in fugam
Pelli regno Detrudere finibus
Fuga distracti, dissipati disiecti, dispersi sunt
Distraxit eos, fuga, dissipauit, disiecit
Expellere, Vide to Ouercome.

to Fling, vide to Shoot or to Cast.

to Flie, vide to drawle.

grieued with the Flixe or Laske.

Furiosus, Dissentericus
Ventris proflauio laborans
Ventrem habens solutum, laxum, fluidum, liquidum
Subiacens passioni fluidæ egistionis
Cœliacus
Aluum habens solutam, citam, laxam plus satis egerentem
¶ Ciere, soluere, ducere, laxare, aluum, to driue into a Laske, to make the belly loose, or to make one goe to the stoole
Citare aluum, sæpe laxare
Solitus in fluxum venter, vires corporis euiscerat, Cypri

to

to Florish, vide to Grow.
to Flour, vide to Mocke.
a Floud.

Restagnatio, Æstus
Augmentatio, incrementem fluminum. Inundatio.

a Fluter, vide Piper.
a Foe, an Enemie, or Aduersary.

Inimicus, ἐχθρὸς
Hostis, ἐχθροδοπης
Ferus est nobis, nimium crudelis est hostis, nimis arcebus, acer, vehemens, sæuus, propensus ad exitum nostrum, in nostram perniciem
Aduersarius propriè in iudicio
Perduellis, apud Plat. Aemulus
Grauis aduersarius, i. potens.
Infensissimus hostis & aduersarius
Capitalis inimicus
Infensus, i. vehementer iratus
Infensus, i. permolestus, qui alicui malum infert.
Inimicitias, simultatem gerere, exercere, to beare ill will.

to Foine, to Pricke, to sting. to Thrust, to Sticke.

Cuspide, gladii mucrone petere, pungere
Transfigere ceruum
Punctim ferire, apud Veget.
Irruere, inuadere. ἐκ διαλήψεως. i. punctum
Terebrare cauas vteri, & tentare latebras
Transfigere, transiicere, traiicere, rumpere, figere, fodere inducere, perforare pectora, latus, præcordia, viscera, ferro, ense, gladio, telo, hasta,
Obligare, adigere, condere, recondere, coniicere in pectus latus, guttur, ensem, telum, ferrum.
Exigere, dimittere per pectus, præcordia ferrum, telum
Resoluere, recludere Iugulum ferro, mucrone
Iugulum abscindere
Auferre, rumpere guttura cultro.
Incumbere ferro, telo
Gladio finire dolorem
¶ Cæsim petere hostem, apud Liu. to strike, to cut
Cæsim færire apud Virg.
Cæsim lancinare, ἐκ καταφορᾶς, i. Cæsim
¶ Ictum gladio recipere, est repellere, auertere, to keepe off a blow.
Infestis inter se hastis concurrere, to foine nimbly
Perforare hasta
Valida concurrere : longius hasta'
Exercitus Liuio decurrere dicitur quando lancea certat
Validis vibrare hastilia neruis
Aperto currere campo. To runne.

Folke or People.

Plebs, Plebecula
Plebes, antiquitus,
Populus
δῆμος, Vulgus, εἰκαῖον.

a Folde, vide a Sheepe-coate.
to Follow, to goe after.

Comitari, Sequi, Subsequi
Insequi, pro subsequi ponitur
Comitem se præbere vel adiungere
καρακολουθεῖν
Adesse, Sectari, Assectari
Assectari officii gratia, for honors sake to waite vpon
¶ Et succedere, subire
Subeunt morbi tristisque senectus, Virg.

to Follow his lust, or his owne minde and fancie, to doe what he will, or list himselfe.

Facere vt lubet, vt libet, quod quis velit
Vtcunque lubitum est animo facere
Ex animi libidine facere
Vtcunque fert animus, vtcunque visum est agere. αὐτογνωμεῖν
Sequi animi impetum, suam voluntatem
Arbitrio suo viuere
Animo morem gerere
Obsequi animi desiderio
Pro arbitratu & arbitrio suo facere, agere
Explere animum suum
Facere ingenium suum. Plaut.
Animo obsequi suo
Audire se, pro auscultare sibi
Ex animi sententia rem agere
Ex sua facere sententia
Suo viuere modo, apud Terent.
Prope adest, quum alieno more viuendum est mihi, sine nunc meo me viuere interea modo
Indulgere animo affectibus suis
Omnia sua libidine, suisq; vtilitatibus metiri. Eras.
Libere viuere
Ferre vota sua secum. Ouid.
Summam habere votorum, **to haue his will**
Seruire, inseruire cupiditatibus, affectibus, libidini suæ
Suis legibus, sibi probatis & complacitis viuere legibus
αὐτονομεῖσθαι.

to Follow, to Trace, to seeke by the Footsteps or traces, to Imitate.

Sequi ad mores corpusque refertur
Imitari ad mores, dicta, factaque
Sectari ad disciplinas pertinet, vnde sectæ nomen
Æmulari significat etiam sectari, & iisdem rebus studere
Indagare. Vestigare
Vestigia tenere
Seruare vestigia, obseruata sequi
Vestigia nancisci, quærere, flectere, stringere, ferre, ponere, mouere, relinquere
Vestigia insunt, supersunt
Sequi pedum signa
Nulla videt taciti quærens vestigia furti
Apparent signa notæque pedum
Inerant vestigia ripis
Instare alicuius vestigijs, Plin.
Zelari, Consectari
Legere, vestigia, Poeticum
Inhærere vestigijs, insistere
Sequi, insequi vestigia
E vestigijs sequi
Vestigijs adhærere
ἀκολουθεῖν. cum datiuo
ἐπιβάλλειν. Insectari
Insequi & persequi in bonam etiam partem accipiuntur, pro continuè perfecteque sequi
Vita exprimere
Sapere patruos prouerb. pro parentum aut veterum mores imitari
Præbere se imitatorem æmulumque virtutis paternæ
Moribus referre
Exemplum capere, apud Terent.
Alicuius exemplum æmulari, apud Eras.
Alicuius vestigijs ingredi.

a Foole, or foolish, Unwise, Daft.

Stultus. μωρός
Amens. Demens
Fatuus. Stolidus
Bliteus. Stupidus
Insulsus. Insipidus
Imprudens, Indoctus

Ineptus. Delirus
Hebes. Tardus
Obtusus. Temerarius
Rationis expers, inops
βλιτόμας. βλιτομάμας. ἄφρων
Bœticum ingenium. Crassus
Infrunitus, vel per o infronitus
Bucco, onis, apud Plaut.
Vecors. Bardus
Excors. Morio. Idiota
Insulsus. Blax. βλάξ.
τὸ μῦ ἔλαξε, qui My sortitus est, in stultum ænigmaticè dicebatur quod Moros græce, i. stultus, primam literam græcam My habeat
Nabal. Stultitior Militide, Moricho, Coræbo
Stultior Terebintho
Impos mentis, animi
Haud sanæ mentis
Mente captus
Ratione carens
Egens mente
Sensuum inops. Infatuatus
Insipiens. Infatuatus
Animum dementia cepit.

Foolishnes, Trifles, Toyes.

Deliramentum
Dementia. Stultitia
Delyrium insulsum
Nugamentum. Figmentum
Vatramentum. Hiberæ neniæ
Nugæ. Affaniæ. Lyræ
Nugalia στομύλματα
Nugatoria. Gerræ. Siculæ
Stulta blateramenta
Nugæ neniæ fœminæ, aniles, futiles
Gerræ muliebres, Res risu digna
Apologus. Alcinoi
Commentitium
Inanes leuitates
Bullatæ nugæ. Tricæ apinæ
Fabulamenta somniis similia
Somnia. Cæca insomnia
Fabulæ aniles, vtiles, inanes, nihil, ineptæ
Vana anicularum delyramenta
Ridicula. αἰσχρητικά.
¶ Consarcinatis fabulamentis seu gloriosis mendacijs aliquem explere

to waxe Foolish, or to become a Foole.

Stultescere. Obrutescere
Dementire, Delyra fari. Lucre
De mente exire
De sapientia excidere
Desipere. Desipiscere
De rationis potestate exire
ἀφραίνειν. παρανοεῖν.
Delyrare. παραγηρᾶν.
Sensibus alienari: Vide to Dote.

to Play the Foole or the Iester.

Agere stultum, morionem, festiuum, fatuum
γελωτοποιεῖν. Præbere iocos
Mouere risum. Agere nugas
Stultis dicteriis silentium, ac compotationibus tristitiam discutere. Eras.
Facetias facere
Ridiculis dictis exhilarare compotationem. Futire nugas
Facere se bardum, Plaut.
Stultum se simulare.

to make Foolish.

¶ Infatuare. ἐκμωραίνειν
Fatuum, dementem facere, apud Plaut.
Dementare. ἀπαμαρᾶν.
Ex stulto insanum facere, Terent. to make one a very foole.
Alicui farcire centones.

Foolish, vnwise, vnsauorie.

Rationis expers. Parum cordatus
Corpus sine pectore. Horat.
Nihil vltra vulgum sapiens
Caput cerebro vacuum
Ratione carens

Excors, vecors
Veſanus, delyrus
Imprudens, nullius iudicij
Parum compos ſui
Cerebro carens
Animo parum valido, apud Sal.
Inſano cerebro
Infrunitus, ἄφρων
Mente captus
Impos mentis
Non ſanæ mentis
Stupidus, margites
Stipes ſine ſenſu, ſiue ſapore, elinguis
Embarus, ἔμβαρος
Communi ſenſu carens, apud Hor.
Vappa, metaph.
Cæcus auribus in prouer.
Communis ſenſus quia apparet oblitus.

Fooles, or Jesters.

Stulti, μῶσοι
Moriones, Bardi
Mimi, Circulatores
Biaces, morionem agentes
Geſticulatores, Riſus concitores
γελοτοποιοὶ
Ridiculi nugatores
Scurræ, βωμολόχοι.

to Forbid.

Interdicere, παραγγέλλειν
Inhibere ne rem cœptam proſequamur
Prohibere ne facere incipiamus
Vetare, cauere
Cauere graui ſenatuſconſulto.

with all Force and power, vide with might and maine.
to hold or keepe by Force.

Manuum vi, iuſtum meteri velle
τῇ δυνάμει τῇ δικαίον τῇ διὰ τῶν χειρῶν ὁρίζεσθαι, Heſ.
Rem vi, non iudicio gerere
Frameis & gladiis fidem de ſoro, ius ei tribunalibus, authoritatem de repub. auferre
Lege manuum non ex præſcripto legum rem gerere
Ius in manu reponere
Ferro quippiam diuidere, decernere
Capillis, auribus, obtorto collo trahere, Vi perpellere
Centauricè Ciclopum more facere.
Rem legibus neglectis pro ſua libidine gerere.

For euer, vide Euerlasting.
to Forget.

Obliuiſci, effluere
Defluere ex animo]
Ire, abire in obliuionem
Capere obliuionem
Labi è memoria, è pectore
Dare ventis
Excidere alicui
Ducere obliuia vel obliuionem
Poet. Obliuioni dare, tradere
Viuo inſcribere
In vento & rapida ſcribere oportet aqua, apud Catul.
Ventis tradere, Horat.
Delere ex animo
Ex animo reuellere, eiicere
Imis ceris eradere
Sapientiæ eſt atque magnitudinis animi obliuioni tradere irrecuperabilis diſpendium
Nam rerum irrecuperabilum ſumma fœlicitas, eſt obliuio, vide to Dote.

to make Forfeit, vide to Confiscate.
Forgetfull.

Obliuioſus, obliuium
Immemor
Collecta obliuia damno,

Non

Non subeunt animo meritorum obliuia nostro
Memoria infirma

to be Forgotten, to make forgotten.

Æternum Lethes tegi sub amne
Interire à memoria hominum
Iacere in obliuione
Obliuionem veterum amicorum inuehere
Longa obliuia potare
Alicuius rei memoriam omnem tollere funditus ac delere
Rebus gestis offundere obliuionem
Memoriam habere fluxam, parum tenacem.

I haue Forgotten it, or it is out of my remembrance or minde.

Excidit animo, excidit
Effugit, oblitus sum
Aufugia, fugit me
Effluxit, defluxit
Cœpit me obliuio
Obliuio sustulit, abstulit illa, id est, penitus oblitus sum
Laticem omnem Lætheum aridulis ebibi faucibus
Venit in obliuionem
Obliuio intercepit
Excessit è memoria
Elapsum est memoriæ, menti, ex vel è memoria
Effluxit memoria, à liquorum flexu ducta metaphora
Memoria excidit
Ventis & auræ mandatum
In tenues euanuit auras
Cribro excepi, non in dolio
Memoria non retinui
Inscripsi vino
Non rite audita recordor. Virg.
Omnia non memini, mens est mihi debilis, Ista vix teneo. B
Mantu. effluxit & animo meo
Euulsum ex omni memoria vitaque nostra
Nomen loci, authoris, viri subterfugit minis
Fugit exulatum pectore meo, Cic.
Hæc me fugiunt, id est, non recordor.

to Forgiue or Pardon an offence.

Condonare culpam, crimen, & donare simplex
Reatam facere gratiam
Dare erratorum veniam
Ignoscere admissum
Condonare præteritum erratum peccatum, malefacta
Tribuere veniam errori
Mittere noxam, Terent.
Remittere culpam, delictum, noxam, vulgus demittere dicit
Indulgere
Veniam dare culpæ
Offensam dimittere, seu potius remittere
συγγινώσκειν, συγγνώμην ἔχειν, vt tradit Budæus
Et ab aliquo veniam petere, orare, παραιτεῖσθαι συγγνώμην παρά τινος, est deprecari culpam, pœnam, noxam
Facere gratiam delicti, apud Sal.
Condonare supplicium, Cic.
Offensiunculam remittere
Concedere, apud Cic.
Relaxare, laxare, resoluere
Absoluere nexum criminis
Rumpere nexum vinculi, id est, peccati. Dare indulgentiam. Plinius
Dare remissionem criminum
Ferre veniam offensis, frequentia in sacris literis
Animaduersionem remittere, pro condonare, apud Cic.
Peccatorum nubila tollere
Sarcina ponderum prementium, leuare

Eximere noxæ, penæ
Eximere nomen de tabulis quod vulgo absoluere, dicimus reum
Liberare scelere, de crimine tollere
Impunitatem dare peccatorum.

For your sake.

Tua causa, Tui causa
σὴν χάριν, πρὸς χάριν σου
In tuam gratiam, pro quo nonnulli vsurpant has voces, Respectu & contemplatione tui minus ornare.

For my sake.

Mea vel mei causa
Meo vel nostro nomine
Mea ex parte
Meis verbis
In meam gratiam
In rem nostram

a Forme, a Shape, a Shoomakers Last, or Least.

Forma, Formula
Exemplar, Typus
Figura, Archetypus.

a Fornace, vide Ouen.
a Forrest, a Parke, a Wood.

Saltus, Lucus, Nemus
νέμος, Sylua, ὕλη
Distinguant (fateor) nonnulli, sed differentia confunditur.

to Forsake, to faile, to lack, to yeeld, to turne to the contrary.

Descire, Desciscere, ἀφιστάναι
Deficere, Rebellare
Ab imperio deficere, vel à nomine à republica
Vindicare libertatem
In oppressionem tyrannidis arma sumere
Nouis rebus studere
Reuocare, redintegrare, instaurare amissam libertatem
Colla iugo subtrahere
Retrocedere
Rebellionem moliri, facere
Sese recipere, vendicare in libertatem
Imperium detractare
Seruitutis iugum excutere
Transfugere
Deficere ad Francos, ad Turcam
Conferre se ad hostes, Cic.
Deficere ad regem, Salust.
Transire ad hostes
Hinc transfuga, defector.

to Forsake or resigne his office, to giue ouer or goe from his office.

¶ Abire prætoratu, tribunatu, magistratu, consulatu
Defungi
Ablegare, vel abdicare se magistratu, consulatu, functionibus, dignitate sua nondum ad plenum functa defungi
Deponere magistratum
ἀπιέναι ἀρχῆς ἢ πραγμάτων
Longum valere, iubere
Decidere de dignitate, de officio
Ab officio recedere, Cic.

to Forsake, vide to Leaue.
to Foresee, vide to Perceiue, Circumspect.
Forsworne, vide False.
Fortresses, strong holdes, or Bulwarkes.

Munimenta, Munitiones
Propugnacula, ἔρκιον, ἕρκος
ἐπιτειχίσματα
Fortalitia, Valla

Præsidia

Præsidia, Castella
ἐρύματα, Castra
Turres. Arces
Aggeres, Septa
Refugia, Loca munita
Defensacula
Minæ murorum ingentes, Virg.

Fortune.

Sors, Fors
τύχη λάχον. Alea
Euentus, Exitus
Casus incertus
Varietas ambiguitasque fortunæ
Fortuna quam Budæus vocat stolidam ac proteruam rerum humanarum arbitram.

Fortunately, vide Luckily. to trie the Fortune, or to aduenuenture vpon Fortune.

Stare fortuna
Fortunæ se suaque permittere
Rei exitum experiri
Tentare fortunam
Fortunam periclitari, apud Cæsar
ἐκκυβεύειν
Venari, experiri fortunam
Iacere, iactare aleam, to Hazard, to venture, or to put in aduenture.
κύβον ῥιπτεῖν. διακυβεύειν
Sene. Quod fors feret, æqup feramus animo
Superanda omnis fortuna ferendo est, Poeta
Fortunæ res humanas pro arbitrio flectenti & versanti se totum committere
Auræ blandienti vela pandere
Subijcere rem fortunæ
Negotij euentum fortunæ committere arbitrio
Belli virtutem, euentum experiri
Vela ventis permittere, apud Quinti.
Fluctibus dare ratem apud Sene.
Ferri per colla apud Virg. Enei. propati fortunæ prout alia casusque temerarius tulerit, to wauer in the Ballance of Fortune.

ill Fortune, grieuous, Aduersity.

Res, fortuna, aduersa, contraria, incommoda, infesta, infensa, iniqua, inimica
Grauis fortuna, reflans, aduersa
Res afflictæ
Malum substant
Infortunium, ἀτυχία
Aduersitas
Malum Lemnium
Ogygium. Tragicum
Lerna. Ilias malorum
Calamitas, Casus, Acerbitas
Mala malis succedentia, agminatim ingruentia, &c.
Vno ex malo plura consequuntur
Cui aduenit vnum, non aduenit solum
Hinc etiam poetis Cathenati labores dicti. Vide prouerb.

to haue ill Fortune, or ill lucke.

Infortunia pati, Fatis exercere
In falso huius vitæ circumstantibus agitari procellis
Fortuna vehementer, acriter acerbè, grauiter me opugnat, vexat, exagitat, vrget premit, grauat
Aduersis premi
Ferri in præceps, præcipitium
Conflictari incommodis multis & magnis, Cic.
Malo infortunio perire
Facultatibus labi. to decay.

against ill Fortune, good Hope.

Ego ad omnes casus, quibus humana vita subiecta, proposita, exposita est, patet, fortis sum

Contra

Contra fortunam paratus, armatus, firmus, validus
Firmissimis præsidijs conscientiæ munitus
Res humanas præclarè contemno neglígo, despicio, aspernor
Valet animus, firmus est, seipso nititur, sua in seipso præsidia ponit à seipso præsidium omne petit
Aduersus fortunæ vim, impetum, conatus, iniurias, tela omnia seipsum corroborat
Minimum res humanæ me mouent, afficiunt, perturbant
Minimum laboro de rebus humanis
Susque deque res humanas facio, fero
Humanis casibus, animi præstantia virtute, fortitudine resisto
Fortunæ conatibus obuiam eo, occurro, obijcio me fortiter atque acriter
Fretus conscientia fortuna sperno, contemno
Mea me contra fortunam conscientiam fortem facit, confirmat, auget viribus, validiorem reddit, mihi animos addit, virtutem, vires, robur, fortitudinem, firmitatem.

Foorthwith, vide out of hand.

Foule vide Filthy.

to make Foule, to Array filthily and sluttishly, to Defile.

Contaminare
Deformare
Attaminare, μιαίνειν
Temerare, Maculare
Inquinare, Scelerare
Polluere, μορύξαι
Inficere, Impiare
Coinquinare
Oblinare, metaphoricè
Violare, Sordidare
Vitiare, Collutulare
Incestare, Cloacare
Prophanare, Conspurcare
Turpare, Tetrare
Deturpare, Deuenustare
Fœdare. Defœdare
Spurcum, fœdum reddere, vel turpe
Gregem sanctum contagione polluere
Sufficere purpuram, Cic.
Lesbyari, λεσβιάζειν

Foules, vide Birds.

to Fray, vide to Abash, to feare.

the Fraught, paied for Cariage.

Naulum, Merces naulica
Portorium, & Portorion
Porthmion græcis
Porthmeus dissyllabum & portitor, **a Barge-man or waterman, or a Carrier.**

---

a Franke benefit, vide Benefit.

Franticke, vide Mad.

A Fraternity, a Brotherhood.

Contaberninm, Sodalitas
Conuentus, Conuenticulum
φρατρία. Grecè
A Diuis passim apud nos cognomenta habent
Ineptiunt prorsus qui confratria vocant
Fratria enim vocabulum Græcum est non deductum à fratribus, vt autumant
Contubernales, epulones coepulones, systitos, sodales saginandi plerumq;

ventris gratia ita conuenientes græci φράτιρας vocant
Phratriarchus, φρατρίαρχος est præfectus, præpositus & preceps fratriæ, the Deane or Warden
Curia similiter significat, a brotherhood.
Vnde curiales & tribuales.

without Fraud or Deceit, vide without, &c.
Free; or at Liberty, his owne man.

Liber, ἀπελεύθερος
Sui iuris, Suæ potestatis
Suæ tutelæ, αὐτοκράτωρ
Sui arbitrij. ἐλεύθερος
Patria potestate solutus
Dominationi nullius parens
Suo iure libertateque vtens
Ingenuus, Persius: Meus à prætore recessi

Free from subsidie.

Virtue tua consecutus est, vt nihil, nullum fructum publicè penderet vt vectigalis non esset, vt esset immunis, vt ex eorum numero, qui publicè aliquid penderent eximeretur, nihil publice solueret, vt esset expers onerum quę publicè imponuntur, vt nullam pecuniam in commune conferret, vt publicis oneribus vacaret, vt tributarius non esset, vt nullum tributum persolueret.

Free from trouble.

Nunc quidem Dei gratia vacuus molestijs, sine molestia, cura, sollicitudine sum, procul absum
Nulla meum animum paulò molestior, grauior, acerbior, exagitat, vexat, perturbat, commouet, afficit cogitatio
Fruitur animus meus tranquillitate
Bene est, tranquille est, commode est, quies est, pax est
Tranquillitas est animo meo
Animo sum ab omni molestia soluto vacuo, libero, longe seiuncto
Dei benignitas me omni molestia exemit, liberauit
Ab omni molestia vindicauit, dicauit, eripuit, disiunxit.

Freely, without dissembling euen as I thinke.

Ingenuè, Liberè
ἁπλῶς, ἐλευθέρως
Ex animo, Citra fucum
Renudatis animi penetralibus
Recto pectore, Aperto pectore
Vera fronte, Simpliciter
Citra dissimulationem
Rotundo ore. Tutò.

a Freedome, vide **Refuge, and Village.**
Fresh, Callet, vide **New.**
to Fry, vide **Roast.**
a Frying pan.

Sartago, Frixorium
Patella, τήγανον
Frictorium, φρύγετρον

Friendship, Amitie, Goodwill.

Amicitia, φιλότης
Familiaritas, φιλία
Beneuolentia, εὔνοια
Necessitudo, Vsus
Conuersatio
Notitia pro familiaritate nonnunquā ponitur
Sicut & Charitas à Cic. pro amicitia, & beneuolentia, ac consuetudo pro intima quadam familiaritate ponitur.

Limen

Limen pro amicitia, vt exponit Seruius in Vir. Hinc limine pelli, limine submoueri
Eliminari, excludi, to be thrust out
¶ Vetus amicitia, quæ ab ipsis propè cunabulis vna cum ætate accreuit, Olde acquaintance.

a Friend, an Acquaintance.

Amicus, φίλος
Familiaris, coniunctus
Beneuolus
Charus, συγγένης
Quicum bene conuenit
Necessarius seu potius pluraliter
Necessarij, amici, & quibus vti familiariter solemus
Coniunctissimus
Iuratissimus, Plin.

a great Friend.

Quicum haud vulgaris intercedit amicitia
Arctissimo, sanctissimoque necessitudinis fœdere copulatus
Affixus lateri alicuius
Necessitudinis nexu, tenacius astrictus
Quicum necessitudo intima atque arctissima
Et singulari in me beneuolentia
Consuetudine iunctissimus, quicum maxima familiaritas intercedit
Alicui toto pectore deditus, a heartie Friend.
Certus, fidus amicus, prouerb.

to be Friends, or to vse ones friendship, familiaritie.

Vti quapiam familiariter
Habere arctissimam vel amplam cum aliquo necessitudinem
Summa alicui familiaritate coniungi
Amicitiam bene vinctam habere
Vti consuetudine
Consuetudine, amicitia deuinciri
Complecti aliquem familiaritate arcta
Continuam cum quopiam fouere familiaritatem
Intercedit mihi cum aliquo familiaritas maxima, cum quo mihi vsus multus est: mutuaque inter nos beneuolentia.

to get, to make Friends.

Contrahere familiaritatem, amicitiam, beneuolentiam
Coniungere, ἐξαρτεῖν
Deuincere sibi aliquem amicitia
Inire amicitiam
Adsciscere amicitiam
Iungere se alicui fœdere amicitiæ
Insinuare se in amicitiam, familiaritatem alicuius
Emereri amicos
Amicitiæ fores aperire
Iungere amicitias, familiaritatem
Officiis prouocare, beneuolentia allicere
Familiaritate deuincire, implicare
Dare, immergere, insinuare se in consuetudinem
Captare beneuolentiam, gratiam
Magni viri conflare amicitiam, familiaritatem
Amicitiam conciliare
Conciliare, iungere sibi aliquem fuluo munere, id est, auro
In fœderis societatem trahere
Amicitiam parere, gignere
Gratiam alicuius sequi, est amicitiam ambitiosius captare, ambire, apud Cæsar.
Sic gratiam quærere, aucupari, inquirere, apud Cic.
Et similiter gratiam acquirere, consequi

ſequi apud eundem
¶ Amicitiam confirmare, firmiorem reddere, conglutinare, connexa ſibi pectora, ſtrictiore adhuc commiſſura conglobare, vide to pacifie.

to breake or to vndoe Friendſhip.

Amicitiam diſſuere, ſcindere, violare, funditus euertere, deponere, extinguere, labefactare, diſcindere
Soluere amicitiæ vincula
Amicitiæ teſſeram frangere, perfringere, labefactare
Scindere neceſcitudines ſanctiſſimas
¶ Inimicitias indicere, denunciare, ſuſcipere, gerere, exercere, habere.

the Fringes or Borders of a garment.

Fimbriæ, κράσπεδα τα
Laciniæ, cæſuræ veſtium extremæ particulatim decoris gratia conciſæ, Fringes, Limbelli
Penicalamenta, limbi
Limbuli, φυλακτήρια
Extremitates ore veſtium, ὡα ἀκρο ὁ ἁ
Inſtita, the hems or welts.

From henceforth.

Deinde, ἔπειτα, deinceps, ſub hac
Dein, ἐντεῦθεν, exin
Poſt, poſtea, poſteaquam, after, afterwards, after that
Vbi dum, at vbi, ſimulac
Vt, ſimulatque. as ſoone as
ὡς δὶ ταχιςα, ſimul vt
Tum, proinde, apud Virg.
Interpoſito, interiecto deinde temporis ſpacio
Mox pro eodem frequens, apud Plin.
Dehinc pro deinde, apud Sal.
Secundum cum accuſatiuo, pro poſt, frequens eſt
Secundum eam pugnam
Poſtea, multis labentibus annis, a great while after.

to be Frozen.

Gelari, apud Iuuen. congelari
Gelaſcere, πεπηγέναι
Congelaſcere, κρυςαλλῦσθαι
Durari glacie, λαγηρῦσθαι
Gelu conſtringi, aſtringi, durari
Denſari frigore
In glaciem conuerti, glaciari
Aſperitate hyemis denſari, vide to waxe hard.

to Frowne, vide to looke Sowrely.

Froward, Crabbed, Wayward.

Difficilis, δυσάρεςος
λευγαλέος, μεμψίμοιρος
Moroſus, quærulus, ſeuerus
Quæruloſus, grauis
Moleſtus, peruerſus
Triſtis, oneroſus
Cilicum moribus vtens
ἐγκλιζόμενος, ςογερὸς
Inſuauis moribus
αὐθέκαςος, κεραβόλος
Homo ſuorum morum
Expers ſenſus communis
Suis moribus, ſuo quodam inſtituto viuens
Difficillimis moribus
Intractabilis
Quem ne beſtiæ quidem ferre poſſent
Quem non tollerent centum Ægyptij
Iniucundis, aſperis moribus
Et prouerbialiter
Leberide ſcabroſior vel aſperior
Thymbra victitans
Echino aſperior
Totus Echinus aſper
Et præpoſterus, peruerſus homo.

a Fruitfull, a Fertill, or Battle ground.

Terra

Terra ferax. Fœcunda
Opima. Luxurioſa
καρπογόνη
Omnium ferax. Fructifica
Fertilis terra, pinguis, diues, frugifera, Læta, alma
Omnipara tellus, Soli de Creta inſula. Larga vitis, mira ſoli indulgentia, arborarij prouentus abundantes. Idem de India. In anno bis æſtatem habet, bis legit frugem
Ager Rheticus bonis frugibus, opimus & ferax idem
Solum diuitem fœtum prouentum effundens, præfœcundum
Prępinguis, vber gleba. Fructuoſa
Fructifera. καρπόφορος
Lætiſſimum latifundium
Tellus, ager vbertatis inexhauſtæ
πάμφορος
Terra ager reſtibilis. παλιμφύης
Reſtibilem fœcunditatem adferens
Terra benigna, pro feraci, & fructus abundè reddente, apud Plin. ita de Ægypto loquente, Nulla eſt benignior tellus nullus ager feracior
Arbor vel tellus, bifera, quæ bis fert fructum ſementem
Fructum ædere. καρποφορεῖν
Fruges fundere, fructificare, fructum ferre. **To bring forth fruit**
Dare fœcunditatem terris
Vberare fœcundum, vber facere
πιαίνειν **To make fruitfull.**

Fruitfulneſſe, vide **Fertilitie.**
to make Fruition, vide **to Enioy.**

Full, Repleniſhed.

Plenus. Diſtentus
Repletus. Refertus
Satur. Tumidus
Tumidis nauigare velis, **to saile with full sailes.**

Funerals, Solemnities at ones Buriall.

Funeralia. Sacra funebria
Iuſta exequiarum, apud Cic.
Supremi diei celebritas
Exequiæ. Officium funebre
Parentalia olim dicebantur & iuſta funebria. Feralia
νομιζόμενα, ὅσια.
Parentationes
Et inferiæ, apud Virg. pro ſacrificijs quę Manibus, vmbris vel inferis à veteribus ſoluebantur
ἐπικτέρια
Feralis pompa, i. exequialis quæ cadaueri offerendo exhibetur
Et cultus feralis pro ſunebri & lugubri
¶ Epicedium, Threnodia, Carmen funebre, exequiale, Ouid.

to keepe a great Funerall, or Buriall.

Iuſta celebrare, ſoluere, perſoluere perhonorificè
Iuſta funebria, honores, funebres agere, peragere, regio ſumptu
Funebre officium exequi
Mortualia ſoluere officia
Exequias facere, ſeu celebrare, peragere
Celeberrima parentatione peragere funus, funeris exequias
Exequiari etiam dicitur
καθαγίζεσθαι
Supremis exequias ducere, dare, Soli.
Parentare parentibus
Exequi vxorem defuncti, Plaut.
Inferias facere, ſoluere
Funus ſatis amplum facere, Cic.
Iuſta facere, conficere magnificè Saluſt. Ferre dona Sepulchro
τὰ νομιζόμενα ποιεῖν
Vita defunctis iuſta ſolemni more facere, exoluere
Ferre ſuprema alicui

Et Cineri ingrato suprema ferebant, apud Virg.
Dare iura vmbris.
Defuncti manibus parentare
Funus magnificum, amplum honorificum deducere
Ducere pompam funebrem
Instruere pompam
Ire, prodire in pompam funebrem
Funebre officium, fumus, ceremonias funerales agere, celebrare, to keepe a buriall.
Prosequendo exequias honestare, apud Ambrosi.

a Funnell.

Infundibulum. χόνη
Epichysis
Celum pro eodem.

Fury, vide Anger.

Furious, vide Madde.

Furthermore, besides all this, Also, Moreouer.

Quin. Quinetiam. Nunc. Iam
Tum adhoc. ταῦτ' ἄρα
Adhæc, εἰς ταῦτα. Etiam
Super hæc omnia. Item. Itemque
Præter hæc, & hæc præter, Itidem
πρὸς δὲ τούτοις. Insuper
Denique. Vltra
Præterea. Vel
ἔπειτα. Similiter. Tum
Porro autem. Dein. Tam vero
Eodem pertinet
Sed pene exciderat
Neque vero te N. Prætereo. Cic.
Quod ad reliqua pertinet
Age vero
πρὸς τούτοις προσέτι
Accedit his. Accedit ad hæc
Huc accedit. Huc pertinet
Superest
Reliquum est. Huc tendit

Huic confine est. Non dissimile
His finitimum est. Vide Moreouer.

G

to Gad and Jette vp and downe.

Volitare & vagari in foro. Cic.
Hac illa citare & circumcursare, cursitare.

a Goale, vide Prison.

to Gaine, to Winne, to Profit.

Facere lucrum & reportare
Frugem accipere
Capere, facere emolumentum & decepere
Facere rem, frugem
Parare compendium
Referre
Fructum haud contemnendum
Demetere commoditatem
Colligere vtilitatem, ex re multum frugifera, quæ Commodo, vsui, emolumento sit
Maximè operæ precium facere in re aliqua
Fructus sat vberes copiososque metere
Colligere fructus non paucos
Non mediocrem vtilitatem comparare
Capere fructum, Cic.
Magnorum meorum laborum multarumque vigiliarum fructum cœpi maximum, i. vtilitatem maximam
Amplo fœnore compendium facere
Acimentum importare
Vectigal magnum alicui adferre
Vectigal facere
Luculentam colligere messem
Facere, capere messem, proficere
Facere profectum

Fructum percipere, capere
Adipisci comparare commodum
Vtilitatem adferre
¶ Commodis seruire, consulere
Circa monumenti messem vigilare, to gape after profit, and gaine
Prospicere sibi
Sui rationem ducere
λόγον ἔχειν
Suis seruire commodis
In futurum, in posterum consulere sibi
Rei familiari insudare, seruire, to seeke his owne profit.
Habere rationem rei familiaris, quam delabi sincere flagitiosum est, vt scribit Cicero.

Gaine, Winning, Profit, or Vantage.

Lucrum, κέρδος
Lucellum diminutiuum
κερδύφιον, Compendium
Emolumentum, Fructus
Fœnus, Quæstus, Vsus
Vsura, Aucupium
Impendium, pro eodem, apud Varronem.

a Gammon, or a Fitch of Bacon.

Perna fumo indurata,
Coxa suilla furnosa, Petaso.
Petasunculus diminutiuum, apud Iuuenalem, πτέρνα
Succidia, a flich of Bacon.

to Gape, to Chinke, or Chap.

Findi, Diffindi
Aperiri, Hiare
Dehiscere, Fatiscere
Hiare æstu. ariditate humus seu flores dicuntur
Agere rimas
Deduci rimis
Ducere rimas, apud Ouidium
Tenui rima fissus, apud eundem
Hiulcare. Catullus
Cum grauis exustos æstus hiulcat agros
¶ Hiulcum, nimio calore deductum.

the Guard of a Prince, as the Queenes Guard.

Stipatores, Apparitores
Fascium baiuli. ῥαβδοῦχος
Somatophilaces, Liburni
Satellites pedestres
Doryferi, à ferendis hastis
Latrones & laterani olim, quod principum stiparent, latera vocabantur, qui nunc lationes à latendo dicuntur, Lectores
Equestres corporis, principis custode Archeros vulgo vocant ab arcubus quos olim in equis serebant, vnde rectius Arcigeri appellarentur: & latinius, sicuti Græcis ἱπποτοξόται defendendi causa principem stipantes, circundantes ex equo Sagitarii, apud Cæsli V. de Bello Afric. Cum sagittariis ac funditoribus, hyppotoxotisq; compluribus
Quadruplatores
Delatores, Emissarii
Emissitii, Exploratores, Coricæi, idem ferè Espiers, or Spies.
ὠτακουσταὶ
¶ Latus suum armatis hominibus stipare
Se militari manu sepire, to haue a Guard
Satellitum post se trahere centurias
Satellitum militare ad corporis tutelam. sui custodiam adhibere
δορυφορεῖν
Obsequentibus fulciri cuneis
Factionibus armatorum succingi.
Ascel,

Stipatus, agmine armatorum telis multis
Armatus sicariis.

a Gardiner.

Hortulanus, Custos hortorum
Horti curam habens
κηπωρὸς & κηπηρὸς, Olitor.

a Garland, vide a Crowne.

a Garment.

Vestis, Vestimentum
Indumentum, Amictus
ἱμάτιον, Crotona genus vestis
Chiridota, with long sleeues
Rolla, a bare or a torne coate
Victus apellatione etiam vestis continetur, vt ait Vlpianus
Area vestiarea, ἱματιοφυλάκιον
Vestiarium, vulgus vocat.

to Gaspe, Gape, or Yawne.

Oscitare, χασμᾶσθαι
Os totum apperire, commouere
Diducere os
Oscitare, apud Ciceronem legitur
Facere rictum
Hiare, χαίνειν.

a Gasping, Gaping, or Yawning.

Oscitatio actus ipse, nempe intensa oris apertio, χάσμη
Pandiculatio toto corpore fit quando brachiis extensis, pedibusque porrectis, os diducimus, quod vicii plerumque post somnum diurnum, præque laboris tedio, subrepere, solet.
Et verbum Pandiculari:
σκορδινᾶσθαι, extendere seu protendere membra cum oscitatione & capitis grauedine.

Gates, vide Doores.

to Gather things together, to Assemble.

Colligere, Corradere
Coadunare, Coniungere
Conglomerare, Compellere
Congerere, Cumulare
Accumulare, Aceruare
Conflare, Contrahere
Coaceruare, Cogere
ἐπισωρεύειν
Congregare, Corrogare
Acerua in cuncta congerere
Vndecunque comparare
Acetum parere
Centuriare, apud Plaut.
Per fasque nefasque congerere
In vnum conferre.

to Gather, to Assemble, to come together in a place.

Conuenire, Coire
In vnum locum conuenire
Congredi, Congregari
συνέρχεσθαι
Venire in vnum, Virg.
Confluere in aliquem locum
Conuolat populus, Terent.
Facere concursum, in vnum locum currere
Glomere, contrahere, congregare, compellere
Animi gratia circumuolitare
¶ Comitia habere
Conuentum celebrare
Agere cum populo, to call the people together
Concire, conuocare multitudinem obscuram
Vocare cætum, consilium
Corrogare cætum proximorum, Soli.
Vocare, conuocare senatum.

Gelded.

Spado, Eunuchus
εὐνοῦχος, Semiuir

Castratus, Euiratus
Exectus, ἐκτομίας
Capus vulgo dicitur, cui testes sunt execti, testiculi amputati
Thlasias θλασίας, qui attritis est testiculis
Distinguunt Grammatici, Spadonem & Eunuchum, sed differentia sine robore est.

to Geld.

¶ Execare testes, ἐκτέμνειν
Virilia resecare. Excidere
ἐυνουχίζειν Euitare
Emasculare, Castrare
Spadonem eunuchum facere.

a Generall of an armie, vide **a Captaine.**
Gentle, Ciuill, Courteous.

Humanus totus Ciuilis
Vrbanus, ἐυτράπελος
Facetus, ςωμύλος
Comis, Lepidus
Facetiis fluens, abundans
Facundus, Antropelinus
Habens leporem in verbis
Modestus
Moribus, integris
Moribus festiuis, ac circa grauitatis detrimentum amœnis
Modestiam præ se ferens inauditam
Nihil factitium præ se ferens
Candidus, integer, sine fuco
Gratiarum alumnus
Apertus homo. Hilare ingenium
Festiui & amœni ingenii
Rara præditus humanitate
Ad omnem humanitatem propensissimum habens animum
Mira grauitate conditam præ se ferens comitatem, morumque ciuilitatem
Comitate, conuictus facilitate, facetissimis colloquiis, atque omnium honestissima morū probitate quosuis precellens
Homo vrbanitatis ac facetiarum artifex.
Leporum ac facetiarum disertus puer, Catul.
Homo iocis ac leporibus concretus.
Insatiabilis lerna nugarum
Lepore, iocis, salibus, vndique refertus
Vafer tamen vitia tangit, & admissus circum præcordia ludit. Horatius. & Pers.

Gentry, vide **Nobilitie.**
Gentlenesse, vide **Courtesie.**
Gently, Benignly, Fauourably.

¶ Benignè, Amicè
Comiter. Populariter
Candidè, Sincerè.

to Ghesse by Diuinations what will happen, to Prophecie, to shew things to come.

Augurare. Diuinare
Vaticinari, Præsagire futura
Augurare. Prophetare
Prædicere, Præsignificare
Augurare, Futura prædicere
προφητεύειν. πελαρεύειν
Ominari, Augurem agere
Ariolari
Auspicium agere, facere de cælo seruare
Prodere ingruentia
Canere, apud Virgilium
Babylonicos numeros tentare, & genethliacorum more diuinare
Futura significare, aperire
Ex coniecturis prudenter collocatis colligere
Conicere
Euentura fata dicere
Ventura præcinere
Oraculum ædere
Tanquam de speculo futura præuidere

dere, coniectura prospicere
Perendium ventum præscire, præsentire
Destinare oculis furem, apud Curt. pro certis quibusdam iudiciis oculorum, furem denotare.

to Ghesse, or to iudge by suspition.

Conicere, Coniectare
Diuinare, μαντεύεσθαι
Coniectura assequi, consequi, prospicere, perspicere, cognoscere
Colligere, Cogitare
Interpretari.

Gesters, vide Fooles.

to Get, to Obtaine.

Consequi, Adsequi
ἐφικνεῖσθαι impetrare
Ferre, apud Terent.
Nancisci, Adipisci
Quærere, Parere, Potiri
Indipisci pro eodem, apud Plaut. à quo frequentatiuum Inde pro, apud Varronem
Conquirere, Acquirere
Obtinere, Lucrari
Colligere, Eblandiri
Exorare, Blanditiis impetrare
Surripere cum datiuo personæ per falsam seu mendacem narrationem aliquid impetrare, extorquere principe vel senatu
Imperare, exprimere, extorquere,
Parare, Comparare
Conciliare, tam in bonum quam in malum
Contrahere
Conflare cum datiuo personæ & accusatino rei constructa.

to Get, or to Earne his liuing.

Conquire victum, Quærere
Quæritare, Viuere ex re aliqua
Exercere sumptum suum opere rustico faciundo, apud Terentium in Heaut.
Lucrari victum
Ob exiguum idq; incertum lucellum per omnia maria volitare transcurrere, vndis ac ventis vitam committere
Maximis sudoribus, innumeris vitę periculis sectari, quærere lucellum
Vndique lucella venari
Cibum per ignem quæritare & per saxa
E flamma cibum petere.

to Get a good name, to become Famous.

Nominis splendorem, bonam famam nomen adsequi
Clarescere, εὐδοκιμεῖν
Magna cum gloria & gratia ad summam amplitudinem peruenire, apud Cic.
Crebescere, percrebescere, increbescere
Bene passim audire
Enitere, & enitescere metaphoricè
Gloriam adsequi
Altius emergere
Celebrem fieri
Diuulgari. Probus habeor
Cresco id est, honoratior fio
Bonæ sum famæ
¶ Summam rebus bellicis referre gloriam, acquirere famam
Bellica industria, morum integritate honestis studiis gloriam consequi immortalem
Prorogare nominis famam
Spargere famam
Nomen adipisci, augere, consequi
Lucrubationibus ingentem parare famam
Moribus egregiis mortalem extendere famam
Egregiam laudem ferre, apud Virg.

Gloria superare inuidiam
Parare, captare famam, gloriam
In existimationem venire
Existimationem accipere
Rebus gestis inclarescere
Fama pulsare polos, & sydera laude
Nomine per vniuersum orbem inclarescere
Colligere admirationem sui, existimationem, famam
Famæ ianuam, seu aures hominum patefacere
Quærere nomen per Gallica regna Hispanumque Tagum, &c.
Quærere famam egregijs factis, rebus bellicis, eruditione, virtute, literarum studijs,

to Giue, to Bestow.

Dare. δίδοναι. δοῦναι
Largiri. Tribuere
Præstare. Præbere
Conferre. Concedere
Offerre. Donare
Impendere
Impartiri vel impartire
Dono dare
Accumulare donis
Largissimo sinu, pleno manu effundere
Munera libare
Condonare pro dare, datiuo vel accusatiuo iungitur
Mittere pro donare, apud Virg.
Scribere pro dare, apud Horat.
Rescribe decem. Nerio,

to Giue niggardly.

Dare manu contracta, seu parca apud Hor. pro parce, vel frigidè aliquid dare

to Giue in waste.

Dare in sumptum, apud Terent.
Omnia conferre in commune
Dare vt insumatur in conuiuium, vel compotatiunculum, pro quo barbari dicunt, dare in antipodio

to Giue ouer, vide to Yeeld himselfe.

the holy Ghost.

Spiritus sanctus
Flammifer spiritus
Sacrum pneuma. ἅγιον πνεῦμα
Flamen sacrum, almum
Spirabile numen
Flatus viuus
Halitus, afflatusque Dei sacer, Eras.
Paracletus, id est, consolator
Mysticum spiramen in hymno natalis Domini
¶ Afflatus spiritu sancto almo flamine
Illustratus sacro lumine
Diuinitus afflatus
θεόπνευστος.

a Giant, vide Stature.

a Gibbet or Gallowes.

Patibulum, ἰκρίον
Crux, σταυρὸς
Græcum Π
Furca, φιάρα
Gabulus, apud Varronem, pro patibulo, Stipes
Lignum in sacris literis pro eodem
Trabs excelsa, in libro Esther.

Gifts or Benefits, Presents.

Munera, munuscula
Dona, δῶρα, præmia
Data pro donis in sacra Scriptura
Xenia, xeniola, beneficia
Lautia latinè
Liberalitates
Eulogiæ, εὐλογίαι
¶ Munere, beneficio afficere, to bestow a benefit
Conferre beneficium

Donar

Donare munere aliquem
Dare donum, and to bestow a benefit.

Guilefull, vide Crafty. Guilty, Wicked.

Reus. Noxius. Facinerosus
Criminosus. Peccator. Labe reus
Obsessus culpis
Vitiis contaminatus
Sustinens culpam
Delictorum mole obrutus ac sepultus
Mole seu pondere peccatorum pressus, oppressus
Nefandissimus, sceleratissimus
Maximus peccator
In vitiorum luto & sentina immersus
Conscientiam occulto peccatorum reatu obstrictam tenens.

Guiltlesse, vide Innocent. a Gin, a Trap, a Snare.

Laqueus Perdica. Trica
Compes. Inuolucrum. Decipula
Vendicula Venabulum. Vide Traps.

a Girdle, a Belt.

Baltheus, vel Baltheum
σφραγὶς. Zona. ζώνη
Cingulum. ζώνιον
Cinctorium
Cinctus substantiuum
Strophum in hymno palmarum
Corrigia. Lorum.

Glad, Merry, Joyous, Delectable, Cheerefull.

Hilaris. ἱλαρὸς
Alacer. Iucundus
Lætus. εὔθυμος
Serena seu explicata frons, A glad countenance.
Frons defecata
Frons generosa, hospite digna.

to be Glad, Merry, Joyfull.

Lætari. Exhilarescere
Exporrigere frontem
κὶ πρόσωπον ἀνίημι
Plaudere. Iucundari
Iucundus sum. εὐθυμέομαι
Variè afficior
Iucunditate perfundi
Cum amiculis se recreare suauibus
Operam dare rebus ludicris
Virg. Soluite corda metu, secludite curas
Tempus iucundum agere
Curam animo expellere, eruere, eximere
Multi fabula plena ioci
Leuare pectora litis sollicitudinibus
Munera iucunda
Excutere animo sollicitudinem omnem
Ferri lætitia vel differri
Dare se iucunditati
Gestire. Ouare
Canere ad veteres verba iocosa modos
Ouationem agere
Relaxare animos, & dare se iucunditati. Cic.
Gaudere. Exultare. Triumphare
Diffundere animos frontem vtrumque, apud Ouid.
Alacri animo esse. Iubilare
εὐθυμεῖν. Sustollere manus
Hilarem hunc sumamus diem.
Lucentem hunc habeamus diem.
Hodie modo hilarem facere. Ter.
Hilariter viuere.

Gladnesse, Rejoycing, Delight and Pleasure.

Voluptas. Gaudium
Lætitia. εὐθυμία τέρψις
εὐθυμοσύνη. Oblectamen

Oblectamentum, oblectatio
Iucunditas, delectatio
Delectamentum, delectamen
Delinimen, delinimentum
Delicium & deliciæ in plurali, quæ nobis voluptati sunt, sicuti Amores Latini appellant rem qua maximè oblectamur, quæque nobis velut in deliciis sunt
Vocis iucunditas ac alacritas
Res est arbitrio non diminuenda meo.

Gladly, Willingly.

Vltro, sponte, libens
Libenter, cupidè, auidè
Maximè, spontaneè
Vehementer, vide Willingly.

to make Glad and Joyous, to Recreate, to Refresh, to Delight.

Voluptatem adferre
Adoptare gaudium
Oblectare, τέρπειν
Volupe esse, delectari
Grata gaudij dulcedine pertentare, Intimis præcordiis
Recreare, hilarare, exhilarare
Lætificare & ri deponens
εὐθυμεῖν, ἱλαρύνειν
Iuuat impersonale in tertia persona, cum accusatiuo
Delinire voluptate
Lætum facere
Delectamentum conciliare
Afficere lætitia, reficere
Gaudio perfundere
Parere lætitiam, & adimere mœrorem, explere animum gaudio
Cumulare, accumulare gaudium
Iucunditate afficere
Parare animos, apud Ouid.
Eximere solicitudinem
Solicitudinem ex animo amouere
Vberiore lætitia animum opplere
Anxiis curis animum liberare
Diuino quodam nectare perfundere
Animos releuare, dolere
Delibutum gaudio reddere, Terent.
Multijuga voluptate animum delibutum reddere
Incredibili quadam lætitia perfundere, oblectamentum præstare
Capere quoque pro magis afficere & oblectare, Ouid. Factum mirabile ceperat aures
Pictura capit oculos
Afficere animum, res aliqua dicitur, quæ oblectat
Oblectare lumine
Læta corda vel animum aliqua repascere & oculos
Iucundo pruritu titillare aures.

Glorious from a Child.

Inflammatus ad gloriam à puero fuisti
Iam inde à pueritia gloriæ studio atque amore flagrasti, spectasti gloriam ante omnes res à primis annis
Tibi erat gloria omnium rerum antiquissima, in animo erat, in oculis erat, in amoribus erat, in deliciis erat, vide Prowd.

Glory, vide Honour, Praise. Glue, Soulder.

Gluten, glutinum
κόλλα, ἰξὸς, viscus, Cic.
Bitumen, media producta
Ferrumen, apud Plinium
Viscum in neutro genere, Col.
Lithocolla, Stone glue
Icthycolla, Mouth glue
Glutinosa mollities.

a Glutton, a Gulligut, a Ravennour or Deuourer, a great Eater.

Cibi pernicies, λαφύστιος
Helluo, gluto, epulo
Edo, edonis. Gurges, Mando

Ganeo

Ganeo, apud Iuuen.
Immensam habere gulam
Gulæ parens
Gulosus, venter
Ingurgitator, genauius
Parasitus, lucro
Edax & bibax, vorax
Profundæ, intempestiuæ, sordidæ gulæ homo
Catillo, onis. Insatiabilis
Inexplebilis, ligurio
Comestor, gulo, phago, nepos
Comedo, onis. Ligurio
Apitius à Romano quodam nobili, admodumque guloso
Cotem alens, Prouer.
Barathro, βάραγος
Asini mandibula
Gastrimargus
Manducо & Manducus
Qui etiam Bætilum deuoraret
Heterognathus, ἑτερόγναθος, ob voracitatem alternatim veraque mandibula cibum commandens
¶ Infarcire corpus
Distendere ventrem aqualiculum
Explere se, vide to Fill.

Gluttonie, Rauening.

Ingluuies, λιγνεία
Gula, gulositas
Intemperantia, λαιμαργία
Crapula, voracitas
Gastrimargia per g in prima syllaba
Abdomen pro vitio ventris ac gutturis, quam gulositatem vulgo vocant, frequenter ponit, Cic.
Ille gurges natus abdomini suo.

Gluttonous, Rauenous.

Gulosus, intemperans
Gastrimargus, lurco

to Gnash, to Grinde the teeth.

Fremere, frendere
βρύχειν, labra mordere
Os distorquere
Dentibus stridere
Nares crispare.

to Goe, or to walke.

Ire, vadere, βαδίζειν
πορεύεσθαι, pedare
Tendere iter, viam
Tendimus in spatium
Concedere, Terent.
Concede hinc domum
Iter capere, facere, mereri, aperiri
Gradiri, βαίνειν
Gressus ferre vel inferre
Carpere viam
Incedere pro simpliciter ire, apud Liuium
Concedere ad dextram, Terent.
Moliri iter, apud Poetas
Ambulare, pro iter facere, apud Cic. ad Attic.
Premere humum.

to Goe away out of his Countrey.

Recedere, Commeare in aliam regionem
Totum percensuit orbem
Se dare in viam, viæ committere
Abire, ὑπαπιέναι
Iter ingredi, inire viam
Cedere patria, vrbe, pro discedere, Virg.
Inuitus regina tuo de littore cessi
Patrios relinquere fines
Abscedere, discedere
Decedere, sarcinas colligere
Digredi, secedere, soluere
Accingere se itineri, se ad iter
Alium locum petere, abire vrbe
Talaria induere, proficisci
Auolare in aliquam regionem
Migrare, auferre se
Moliri iter, apud Poetas.

Iter instituere, ingredi
Alio ire, se recipere
Peregrè longinquas inuiscere terras
Conijcere se in prouinciam vltimam
Commouere se, pro abire seu decedere apud Cic.
Concedere, apud Terent, & Liuium
ἀναχωρεῖν
Corripere se inde, to get him from thence
Credere se nocti, Ouid.
Noctu iter ingredi
Concedere aliquo, apud Cic.
Facessere, apud Nonium
Rus iam iam proficisci
Abripere se, apud Eras.
Itineri se committere
¶ Postico decedere, sese subducere inicijs alijs, furtim abire, to slip away
Postico fallere, Horat.
Abire foetore relicto
Abire, discedere hospite insalutato
αὐτομολεῖν, without taking his leaue
Pro quo Cæsar in Commentarijs dixit
Non conclamatis vasis abire.

to Goe backe, to Retire.
to Goe out or forth a doores.

Retrogradi, Retroire
Regredi, Recedere
Excedere terris
Remeare, Plin. Iter remetiri
Si patrios vnquam remeassem victor ad agros
Conuersus recurrere equis
Reuocare gradum, superasque euadere ad auras
Refugere, Tergiuersati
Repedare, Imitari nepam
Retrocedere, Reuocare
Referre pedem ac retrahere
Gradum, pedem retroferre, Virg.
Pedemque refert quasi tactus ab angue. Sene. Audax virago non tulit retro gradum, vide to recoile.

to Goe about, to Attempt.

Conari, Moliri
Affectare aliquid
Niti, Eniti
Parare, Sudare
Satagere, Operam dare.

to Goe forward.

¶ Procedere, progredi
Addere, gradum, Plin.
Gradum promouere
Inire
Coeptum peragere cursum.

to Goe to bed or to sleepe.

Petere quietem
Seram dare membris quitem, Virg.
Concedere cubitum
Dare se somno, quieti ex labore.
Quieti se tradere
Ascendere, conscendere lectum
Ad quietem componere sese
Soporifero componere membra grabato
Lassos artus componere cubili
Moliri, condere membra thoro
Conferre se dormitum.
Componere se lecto
Capessere nocturnam requiem
Componere se somno, deponere caput.
Defessa thoro membra deponere.

to Goe in, vide to Enter.

Efferre pedem, Excedere
Migrare loco
Pedem efferre, Exilire
Prodire. Procurrere
Educere se foras
Proripere se ex ædibus foras
Egredi, Exire domo, tecto foribus limine, laribus, templo.

to Goe foorth or abroad, vide to come foorth.

to Goe on pilgrimage.

Peregrinare, ἐκδημεῖν
Foris agere
Peregrinare Romam, Hierosolymam
Religionis ergô terra ma. ique peregrinari
Omnia terrę sanctę loca inuisere, perlustrare, perreptare
Pietatis studio ad terram sanctam peregrinari
Peregrinationem ire, inire votiuam, Eras.
Facta vota soluere, persoluere.

to Goe round about, to Compasse about.

Circumire, Lustrare
Obire, Obambulare
Ambire, Oberrare
Circinare, Gyrare.

to Goe out of the way, to Erre to Wander, to Stray abroad.

Errare, Palare, Aberrare à via
Decipi errore locorum
Vagari, Oberrare, ἀβροτάζειν
Diuagari, Circumambulare
Incerta sede vagari
Deerrare, Declinare à via
Deflectere è recta via
γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι
Sursum ac deorsum per orbem vagari
Ire per deuia
Sursum deorsumque cursitare
Sparsi n ac dissolutè, ciuitatem obire palando
Pecudum more pererrare à via Claudi.

to Goe a tiptoe.

Tollere, suspendere gradum
Summis pedibus ingredi
Summis pedum digitis
Suspenso gradu ire, incedere, placido
ἀκροποδιτὶ
ἐπὶ ἄκρων ὀνύχων
ἐπὶ ἄκρων δακτύλων
Summis pedum articulis vnguibus ingredi.

to Goe limping.

Ire pede incerto
Aegrè pedibus ingredi, Columel.
Ferri pede incerto, apud Horat. pro ire casubundè, crebro, cadendo. Vide to stumble.

to Goe ouer or beyond.

Transire, Transcendere
Transilire, Transgredi.

to Goe to Law, vide to Pleade. Goe to, vide Well then Goe and be hanged.

Vel simile quid exitum vel perniciem imprecando
Ire, Abire in malam rem, in malam crucem
ἐς κυνίσαργες
In maximum malum, in rem maximè malam
Ire pastum coruos ἔρρειν ἐς κόρακας apud Aristophanem
Ire ad furcas ad Græcum Π
Ες κοράκας πεπύσθαι
Αποφθείρεσθαι
Et imperatiuus, φθεῖρον
I in malam rem
Abi quo dignus es
Quin tu abis in malam pestem, malumque cruciatum, apud Cic.
Aufer te in Macariam, prouerb.
In oriculum incidas, prouerb.
ὅδου πρκλῶ περιπέσης

in Gobbets or morsels, vide Peece-meale.

a Goblet, vide a Cup.

God Almighty.

Deus, Omnipotens Pater
Conditor fabricator mundi
Cœli sceptra tenens
Valti conditor orbis
Cuncta suo qui numine torquet
Numinum Rex, Cœlicola
Superum rector
Cæleste numen
Supremi regnator Olympi
Opifex rerum
Qui temperat orbem
Celsa Deus sedet arce, sceptra tenens
Deus maris & terræ tempestatumque potens
Rex magnus Olympi, hominumque deumque
Cœli genitor
Qui totum nutu tremefacit Olympum
Qui regit ætherei radiantia sydera cæli
Pater altitonans
Omnium rerum autor, creator, conditor, opifex, effector.

the God of the Sea.

Neptunus, Aequoreus Deus
Iouis frater qui regnat in æquore
Iouis frater qui tumidis regnat in vndis
Rector pelagi tricuspide telo
Cui sunt æquora sorte tradita
Cui prima furentem fudit æquum magno tellus percussa tridenti
Neptunus vasti cui parent æquora ponti
Et quicquid magni continet vnde maris
Neptunus motor aquarum
Ambitamque suo circundat æquora terram
Deus qui concitat æquora, terras
Neptunus tenens abdita littora terræ
Aequoreus Pater
Rex pelagi, Ponti
Rector arenosi æquoris qui terras gurgite quassat, humum
Qui quatit immanes, fluctu telluris arenas
Profundi æquoris domitor
Cui imperium est pelagi, sæuumque tridens
Deus maris & tempestatum potens
Domitor maris alti
Concita qui ventris æquora mulcet
Qui imo ciet æquora fundo

to giue God thankes.

Gratari Deo, Gratias agere
Gratiam persoluere, Cic.
Qui sancti? qui religionẽ colentes nisi qui meritam dijs immortalibus gratiam iustis honoribus & memori mente persoluunt?
Grates agere non solum poëticum, sed etiam oratorum, Cic.
Et grates tibi ago, summe sol, vobisque reliqui cælites
Gratillari pro gratas agere, apud Terent in Heaut.
Gratulari Deo

to praise God.

¶ Confiteri Deo
Magnificare Deum
μεγαλυνειν
δοξάζειν τὸν Θεὸν
Glorificare. δοξολογεῖν.

to take God to witnesse.

Deum contestari, obtestari quod Græci vna dictione ἐπιθειάζειν dicunt
Quem nihil latet Deum testem adhibere
Deum testari, testem facere, vel inuocare in testem citare, vocare

Sed vt ait doctor Tharsensis
μάρτυς γάρ μου ὁ Θεός.

God saue you.

Salue χαῖρε. Salue plurimum
Salutem tibi precor
Optamus tibi salutem & omnia prospera
Saluus sis
Salue multum, plurimum, etiam atq; etiam, iterum atque iterum
Salus tibi
Salue plus millies
Saluere te Iubeo
Saluum te esse gaudeo
Opto tibi salutem plurimum, fœlicitatem perpetuam
Aue, Bene sit tibi
Salua sit tua dignitas
Salua sit tua maiestas
Salua sit tua præsentia.

God be your speede, or God saue you.

Fœliciter cedat
Fœlix sit exitus
Bene sit, καλῶς ἔςω
Mercurio dextro, ἀγαθῇ τύχῃ
Fœlices adsint superi
σὺν δὲ θεοὶ μάκαρες
Furor diuinus aspiret, adsit
Diuinum auxilietur numen
Sine ope diuina nihil haud dubium valeamus
Superi faueant
Fœliciter cadat, exeat
Fors faueat, apud Terent
Prospere succedat. Prospere contingat
Sit fœlix aut faustum
Auspicatum sit
Omnia prospere cedant
Superi fortunentur

God send you good lucke.

Dij secundent pro voto omnia
Numina aspirent
Bene vertat Deus
Lætis auspcijs optimis successibus bonis auibus, læto omine exeat
Lætus & faustis multorum omnibus
Ex voto, ex animo, ex animi sententia succedat
Prosperos rerum omnium successus Largiatur Deus
¶ Benè, lepedè, prosperè, pulchrè, feliciter procedere, cedere, subsidere
Euenire ex sententia
Succedere rectè
Res successit opinione melius
Lepide hoc succedit sub manus negotium Plaut, Vide God prosper your doing.

God willing, with the helpe of God.

Si Deus cœptis annuerit
Si Deus volet
Si fas mihi detur ab alto
Si ita Superis visum fuerit, placuerit
Dijs adiuuantibus
Fauente Christi numine
Diuini numinis prouidentia
Deo fauente annuente, aspirante, volente, iuuante
Deo bene fortunante
Diuino accidente auxilio
Θεῦ θέλοντος

Godly, vide Deuout.

Religiosus, Pius, Deuotus
Religioni deditus
Religionem colens
Pietate insignis, Conspicuus, preclarus grauis
Quo iustior alter non fuit
Morum & vitæ labe carens
Castus. Sanctus. εὐσεβὴς

Gone, vide Past.
Good, Honest.

Bonus, Probus, Præstabilis

Frugi

Frugi, bonæ frugis
Integer, iustus.

Good morrow.

Si: tibi fœlix huius diei exortus
Precor vt sol hic tibi fœlix surrexerit
Prosperitatis plurimum adferunt tibi emergentes solis radij
Faxit Deus vt hic dies tibi candidus illuxerit, vt est apud Eras.
Candidum tibi precor hunc diem
Bonus dies
καλὴ ἡμέρα
Sit hæc dies tibi fœlix faustaque
Opto tibi diem iustum, lætum & bonum.

Good euen.

Bonus vesper, καλ' ἑσπέρα
Bonum serum, non serò vt vulgus ignarum solet.

a Good name.

Nominis splendor, gloria, claritas, celebritas
εὐδοξία, εὔκλεια
Nomen bonum
Fama bona, insignis, celebris
Æstimatio bona, laus, gloria
Nomen multum, amplum, clarum, celebratum
Famæ celebritas
Viuere gloria & laude ob virtutem, to haue a Good name.

much Good doe it you, vulg. breuius, much Good it you.

Profit, sit saluti
Sit salutare, salutiferum, Resp.
Suscipio lubens
Gratum habeo
Excipio animo lubentissimo, I thanke you.

the Goodman of the House, vide a Houtholder.

Good for paine, sicknesse, as a Remedy for disease.

Præsens vel præsentaneum ad ferre remedium
Conducere
Non vulgariter conferre
Medetur, ἐξιᾶται
Esse pro concedere, apud Terent.
Euphorbiæ succus proficit ad ocularium claritatem, Solin.
Leuare dolorem, sydenteriam, febrim, morbum, podagram
Soli de lapide quodam, Pulsis calculis, renum dolores, ac vesicæ leuat
Subuenit, remedio est cum datiuo constructa
Sedare dolorem, profligare morbum
Medicari cum accom.
Multum valere, pollere
Efficaciam habere
Castigare, valere
Emendare, corrigere.

owne or proper Goods.

Peculium, περιουσία
Res priuata, propria, sua cuiusque.
Res domestica, peculiaris, familiaris
Meum absolutè

a Good turne or benefit.

Beneficium, meritum
Officium, donum
Munus, beneficentia
Humanitas.

Gold-smithes.

Aurifices, aurarii, aurifabri
Argyrocopi, fabri aurarij
Sicut ab argento Argentarij, argentariam exercentes .i. nummulariam
Aurare, deaurare, inaurare, χρυσοῦν, to guild.

Sculptor argenti, monetarius, a Coyner.

to Gouerne to Rule.

Gubernare
Regere imperio populos
Imperij fræna tenere sui
Cohibere, frenare
Temperare, præsidere
Præesse, moderari
Regna, sceptra tenere
Premere ditione
Late regere per orbem virtutibus
Sceptris potiri
Dominari, vide to be a Lord.

the Gout.

Arthetica, seu potius arthretica, ab ὄρθρον, id est, articulus, & Arthritis, idis
Arthretici cruciatus
Morbus articularis, arthesis
Articulorum ortura, dolor, cruciatus
Istius morbi species sunt
Chiragra & podagra. Inde podagricus, & prodagrosus, pedibus podagrosis, laborans podagra
Podagræ ardens doloribus, apud Ciceronem
Arthricus ἀρθρικὸς, & articularius substantiuè, qui eo morbo laborat.

a Gowne.

Tunica Tolatis demissitia
Vestis fluxa, laxa, longa
Ad talos vsque demissa, seu promissa vestis tunica
Vestis laciniosa, laciniata
Poderis med. prod. cuius sit mentio in Apocal. ποδήρης.

Gracious, vide Courteous.

a Graffe.

Stilus, graphium, γραφεῖδιον γραφεῖον. Quibus in cera, in tabulis scribitur: penna, calamus, quo in papiro, in membrana scribitur.

Graine, vide Corne.

Gray colour.

Cinericeus, cinereus color, præsertim si ad albedinem vergat: vulgo dicitur, millers gray
Grizeus tametsi à plerisque vsurpetur, apud probatos tamen authores vix inueńias
Giluus, a, um. κιῤῥὸς.

Gray Fryers.

Seraphici, gaudentes, coletæ caputiati
Minores, obseruantes
Fratres de obseruantia, seu potius de obseruatione, vt ait Valla
Franciscani, chordigeri
Nudipedes, funigeri
Minoritæ, & minimorum genus nouum nuperrimè repertum
Calopodiati, funibus cincti.

a Grape, or cluster of Grapes.

Vua, σταφυλή, botrus
βοτροὺς, botryo, botryon
Vua Appiana, quæ à Columella
Muscatella, dicitur, muscadell grapes
Vinum Appianum vel passum. muscadell.

to Gratifie.
to Graue, to Carue, to Intaile, to Cut.

Imprimere, incidere
Inscribere, insculpere
Incidere in æs vel in ære
ἐγγλύφειν, Cœlo, as, are
Proscribere pro eodem, apud Cic. ad Attic. 2.

a Graue or a Tombe.

Sepulchrum, σῆμα, ταφος
Monumentum, Bustum, vrna
Cippus pro sepulchro ponitur.

Templum

Templum pro sepulchro, apud Virg.
Taphus
Tumulus. Sareopagus
Spelunca. Tumba
τυμβος. Loculi
Mausolæum penultima producta, quia per dipthongum scribitur, A tombe of an honorable person
A Mausolo rege Cariæ primo sic dictum
Fumoso conditus cinis cado
Sedes pro sepulchro, Virg.
Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam
Capulum pro sepulchro ponitur
Lacus in sacris
Æstimatus sum cum descendentibus in lacum
Funus apud Virg. pro sepulchro
¶ Tumulum facere, componere.

a Graue-maker, or he that carrieth dead bodies to their graues, and dresseth them with spices.

Vespilio. Pollinctor
νεκροφόρος ταφεύς, ἐνταφιστής
Libitinarius
Sandapilarius
Defunctifer.

to Grant ones request.

Postulatis precibus annuere
Petitioni, postutationi votis subscribere
Pro te mea verba valent ac tetigere Deum
Precibus benignum impartiri assensum
Preces tangunt, valent, pondus habent
Voto paratis auribus annuere
Audire preces, pro exaudire, apud Cic.
Ne apud te cassæ sint preces quæso, vide to heare gently, and desire.

Great or mighty.

Ingens. Magnus
μέγας. Immanis
Immensus
Immodicus
Summus. Vastus
Maximus. Trabalis
Grandis. Arduus
Vehemens. Validus
Inexhaustus. Innumerabilis
Innumerus. Infinitus
Interminatus
Insanus apud Cic. & Plin.
Turpe caput bonis
Pergrandis, & Prægrandis
Decimanus vel Decumanus
Collosseus & Colossicus
Abnormis, enormis, Great and vnhandsome.
Vegrandis. Not very great.

to bee great with Childe.

Gestare vterum. Gestare in vtero
Ferre vterum. κυοφορεῖν
Ferre ventrem, apud Liuium
Vtero ingrauescere
Prægnare. ἐγκυμονεῖν
Prægnantem esse
Grauidam esse
ἐν γαστρὶ ἔχειν. in Euang.
Gerere vterum apud Gel.
Ventrem gerere
Ex clandestino concubitu vterum ferre
Grauis vtero
¶ Impregnare, pregnantem, grauidam facere concubitu compressu, To make with childe.

Greatly, vide Much.

Greekes or Grecians.

Græci. Graii. Argiui
Argolici. Achiui. Achæi
Graiugenæ. ἀργεῖοι
Argei. Iasides. Artici
Pelagi. Danai. Dorici

Quanquam à diuersis & locis & prouincijs deducantur, pro Græcis tamen indifferenter ponuntur ab anthoribus

Palliati præterea Græci vocantur à pallijs quibus vtebantur.

Greene colour.

Viridis. βλαθρὸς
Prasinus media correpta
πράσινος. Porraceus. Topazinus
Smaragdinus. Solide Smaragdis Scythicis, virent vltra irrigua gramina, vltra amnicas herbas
Ærugo. Verdegrease
Color hyali, i. vitri, hoc est, viridis in 4. lib. Georg Virg.
Herbidus color & herbeus pro eodem, apud Plin.

to Greete or salute.

Salutare. ἀσπάζεσθαι
Dicere salutem, siue imprecari vel nunciare
ἐντυχεῖν εὐπράττειν
Dare salutem, Plautus. Venienti des salutem
Salutem plurimam alicui impertire
Iubeo saluere te
Multam salutem meis illi verbis annunciato.

to Grieue, to vexe.

Vrere, apud Terent.
Vro hominem, i. facio illi ægrè
Aegrè cuiquam facere
Vulnerare animum, mentes, sensusque, Mordere
Offerre acerba. Terent.
Vexare. Facere dolorem. Cic.
Cruciare. Et grauari. to suffer griefe
Torquere. Petrorquere
Pungere, repungere
Angere. Affligtare
Conflictari per Metaph.

Griefe, Paine, Wofulnesse.

Dolor, angor. Cruciamentum
Cruciatio. Cruciatum
Pœna. Passio
Ictus. Acerbitas.

to Grieue, to Let, to Hinder.

Facessere negotium. ἐνοχλεῖν
Molestiam inferre, vel anxietatem
Molestum esse. Grauare
Obtundere quæstionibus
Molestare. Perturbare
παρενοχλεῖν. Quatere
Inturbare. Turbare
Exhibere negotium vel molestiam
Molestias addere. Terent.
Circumuenire difficultatibus
Scrupulum inijcere
Molestia afficere
Renouare dolores
Enecare metaph.
Nullum facere molestandi finem
Obtundere aures alicuius grauiter
Conflictare cum malo, Terent.
Mala aliquem frangere dicuntur
Infestare. Inquietare
Interpellare. Conficere
Parum in tempore interpellare
Negotium interrumpere
Serijs negotiis occupatum interpellare
Quo pede cœpisti, sic bene semper eas
Facere infestum vel habere
Cruciare. Excruciare
Torquere. Obturbare
Irrequietum alicuius animum exagitare, impedire
Impedimento esse
Impedimento obiicere
Ob rem nihil in turbas pertrahere
Excitare incendium, periculum creare. Obolere Metaph.
Demere, tollere, auferre, leuare molestiam. To put away sorrow and Griefe.

to grieue one, to make one pensiue.

Iniicere ſcrupulum, ſollicitudinem, curam
Conficere alicui ſollicitudines
Diuidere animum cura dicitur, hinc animum in diuerſa rapere, vt nunc hoc, nunc illud cogitet & mente voluat. Poetæ. Diuerſæque vocant animum in contraria curæ
Anxium reddere, addere, facere
Anxium in diuerſa pertrahere animum
Sollicitare, male habere, affligere, torquere animum domini, mentem heri, cura, res, negotium alicuius rei dicitur
Angere, diſcruciare, ſollicitum habere vel reddere
Triſtitiam ſecum trahere
Sollicitudinem ingerere, adferre
Cura afficere, vel conficere
In curarum ergaſtulum, altiſſimum pelagus detrudere, aliquem præcipitem dare, to put in trouble.
¶ Contra, Scrupulum alicui ex animo eximere, euellere.

to haue Griefe, or Heauinesse.

Tædere, Tedium habere
Tædio ſeſe enecare
Miſcentur triſtia lætis
Male vrere, Paſſiuè habere
Cordi diros ictus inferre.

Grieuous, Troubleſome.

Moleſtus, Grauis
Tædioſus, Intolerabilis
Impenſus, Plaut.
Ingratus, Minimè acceptus
ἐνστάτης, ἐνστατικός
Acerbus, Infeſtus
Infenſus, Amarus
Oneroſus, Contrarius
Odioſus, Importunus
Obſiſtens, Aduerſus
Reſiſtens, Peruicax
Aerumnoſus
Maxima in ipſius vultu ſunt ſigna dolentis
Clauſum pectora vulnus habet
Duros animi tolerare labores, ferre
Multum moleſtię, negotii faceſſens
Vide heauie.

Grimme, vide Rough and Cruell
a Grocer, vide Apothecarie.
the Ground, vide Field, and Earth.
a Ground full of Buſhes and Brambles.

Dumetum, Rubetum
Senticetum, Lumetum
Locus ſpinis obſitus, vepribus veſtitus, frutetum
Fruticetum, Vepretum
Spinetum, apud Plin.
Sciendum autem quod eiuſmodi nomina in etum finita, ſunt deriuatiua ſignificantq; primitiuorum copiam & quaſi ſyluam quandam.

to Grow, to Flouriſh.

Vigere, Vegetare
Florere, Floreſcere
Valere, Pingueſcere.

to Grudge or Repine at, to Murmure againſt.

Obſtrepere, ἀναγαγγαλεύειν
Reculcitrare ſermonibus
Obloqui, Obgannire
Contradicere, Admurmurare
Obmurmurare, γογγύζειν
Submurmurare ὑποφρονεῖν
Reſponſare, Opponere
Occinere, Strepere

Submissa voce loqui
ἐπικαλεῖν. ἐπιλέγειν
Submissitare, Reniti
Obstrigilare, Obacerare
Reclamare, Refragari
Contrarium dicere
Replicare vulgo dicitur
Submissim expostulare, vt est seruorum erga Dominos, vide to murmure.

a table Guest.

Aliena sectari prandia
Myconiorum more sese conuiuiis ingerere
Mensarum asseclæ
Aliena viuere quadra
Tibicinis vitam agerere
Αὐλητοῦ βίον ζῆν
Laute quidem, sed alieno viuere sumptu
Instar muscæ vel muris, aliena delectari mensa
Hinc vulgo vmbras vel cœniperas vocamus, smell feasts
Qui Græce ἀκλητοι, μυῖαι, ἀλλοτριοφάγοι, αὐτοκέλευθοι, dicuntur qui non vocari, sed ventris causa aliorum se ingerunt conuiuiis vt parasiti
Conuiuam, vmbram ducere, σύνδειπνον ἄγεσθαι
Vmbram adducere, apud Eras.

Guilfulnesse, vide Subtiltie. Craftinesse and Falshood.
a Gulfe, a Swallow, or a bottomlesse pit.

Voragines
βάραθρα Barathra
Profunditate, immensæ
Altitudines aquarum
Abyssi, ἄβυσσοι
¶ Altus profundus, Deepe.

a Gullygut, vide Glutton.

Gunnes, vide Artillery.
Gunpowder.

Sulphur nitratum
Puluis tormentarius
Puluis nitratus, nitrarius
Salpetri, Salnitrum, Saltpeeter.

a Gun-stone or Pellet.

Globus, bombardæ, globus tormentarius, ferreus, saxeus
Sclopæ glandes, plumbæ, sphærulæ, plumbeæ, plumbatæ, minores sunt, small pellets.

Gutters, Canels, Conduits or Cockes.

Imbrices, Imbrica, Canales
ὑδροχόαι Canaliculi, Stulobatæ
Aquagium & Aquæ ductus, Water-pipes
Tubi & Tibuli, Græcè dicti Siphones, sisiphunculi, Salientes, apud Vitruuium, cæci ductus, ex guæ fistulæ fine aquæ ductas κρουνοὶ, vel potius fistularum capita
Masti, vbera fistularum, apud Cassiodorum.

H

a Hackney Horse.

Sturco, onis, g. Plin.
Equus meritorius, mercenarius, conductitius
Equi vectigales.

a Halbard.

Bipennis, Rumigistus
Halabarda apud Eras. omnium ferè apparitorum & stipatorum Principum est in vsu
Securis amazona vel Romana.

a Halter, vide a Rope.
at Hand, before the doore or gate in presence.

Pro

Pro vel in foribus esse
ἐπὶ θυρέων
περὶ τας θύρας εἶναι
Instare, Adesse
In proximo esse, vide to approach.

it is in your hand, vide power.

a handkerchiefe.

Strophium, secundum Vallam
Sudarium, Sudariolum
Reticulum, à Cic. vocatur
Panniculus à nonnullis pro eodem ponitur, vt pannicellus
Panniculus emunctorius
Pannus, apud D. Hieron.
Linteolum, ῥάκος λινοῦν
Strophiolum, apud Erasm.
ἡμιτύβιον, apud Pollu. pro sudario vtrinque fimbriato
Pannuletum, apud Varronem.

handsomenesse, Fairenesse, Comlinesse.

Forma, Pulchritudo
Formæ præcellentia, dignitas
Venustas, Speciositas
Species, καλλονὴ
κάλλος εὐμορφία
Decor, oris producta.

to hang, to Tie vp.

Agere in Crucem vel in cruciatum, apud Salust.
Cruce afficere, ornatius quam Crucifigere
Ligno suspendere
Tollere in Crucem
Omnes eadem tractare pertica, To hang them altogether
Efferre in crucem
Sustollere in altum stipitem
Affigere suffigere cruci, σταυροῦν
Crucifragio plexum furcis suspendere
Frangere alicui gulam
Dedere, dare cruci.

to hang himselfe.

Laqueo vel inedia sibi consciscere mortem, ἀποκαρτερεῖν
Dare se in laqueum
Facere se pensilem
Et longam ex se facere literam, Plaut.

to be hanged.

Laqueo vitam finire
Animum laqueo claudere
Patibulo suffigi, adfigi
Collum Guttura laqueo ligare
Aptare vincula collo
Suspendi, In reste mori
Implicare colla vinculis
Suspendio interimi, perire
Laqueo fauces innectere
Sublime putrescere, Comicus
Elidere fauces laqueo
Nihil interest an humi an sublime putrescam
It gutter per laqueum
Stragulare ora
Claudere vocis iter
Profocare animæ viam
Appendi, suspendi in patibulo, in cruce, Agi in crucem
Patibulum vestire
Configi in ligno
In arbore vitam ponere
In crucem sibigi, sustolli
Abstulisse nobis Iohanem crux dicitur.

a hangman, hee that executeth men condemned, or putteth them to death.

Lector seu lorarius à ligando sic dictus, solebant enim lictores consulis ministri, primum Virgis viactu rerum cædere, deinde securi ferire

Carnifex

Carnifex, quod carnes ex homine faciat
ἀνδραγχος. ἄδραχος
Minister publicus, quem δήμιον Græci vocant. Tortor.
Spiculator, ξυςοφόρος
Quæstionum, id est, torturarum præses
Pœnarum exactor
Agere carnificem, facere carnificinam. Plaut.

Happy, vide Luckey.
to happen by chance.
to Come to passe.

Vsu venire. Contingere
Accedere, καθήκειν
In rerum natura cadere, pro interdum accedere, Quintil.
Obtingere, Euenire
Cadere, Cedere
Non omnia cedunt secunda, Cæsar.

Hard.

Durus, σκληρὸς, Asper
Saxeus, Lapideus, Ferreus
Chalibem & adamanta citius emollieris quàm illius animum
Adamantinus
Ferri & chalybis vincens duritiem ἀδαμάντινος, prouerb.

Hardly, vide not Lightly.
Hardnesse.

Durities
Duritia robustissima, inuicta Sol. de Crocodilo
Tantæ firmitatis duritiei cutis, vt ictus quouis tormento ad actos repercutiat
Idem de tauris Indicis. Tergi duritia omne telum respuunt.

Hard, one that can well abide, or indure any paine.

Patiens inediæ & algoris
Patientissimus laborum
Indefatigabilis
Cuius corpus ad omnem laborem occalluit
Socratis callus, Prouerb.

to waxe, or become Hard.

Indurescere, Inducere
Durescere
Transire in testaciam duriciem
Durum fieri, ἀποςρακῶσθαι
Concrescere, Condensari
Lac vel aer concrescit.

Hardie, vide Bold.
to Hearken diligently, vide Heare.
a Harlot, vide Hoore.
to keepe Harmelesse, vide to Recompence.
a Harpe, a Lute.

Cithara, κιθάρα. Fides
Lyra, Chelis, χέλυς
Testudo, ex qua Mercurius citharam fecit
Barbitus velum, multichordis.

a Harper, a Luteplaier.

Citharœdus, lyristes, lyricrepta, lyricen, fidicen qui cithara, fidibus canit.

to play on the Harpe.

Cantare cithara
Pellere liram
Percutere, pectore citharam
Pectine, id est, plectro pulsare, apud Virg.
Sonora citharæ fila tangere
Citharizare. κιθαρίζειν
Ludere cithara. Docere aliquem fidibus, to teach, to play.

to harrow, to breake clods in the field earth, and couer the corne.

Occare. Litare
Glebam comminuere. βωλοκοπεῖν
Ligone, rastris glandes, glebas frangere
Semina crate dentata operire
Rastris terram domare, persodere, occidere
Castris terram, rimari
Sarrire & Sergulare.

a pure heart, vide a Cleane heart.

harvest, harvest time.

Messis. Vestitus messibus ager
Nudata acceperat area messes
Larga prouenit messis
Congestas area cepit opes
Florent segetes & area diues
Maturis albescit messis aristis.

a hasselnut, vide a Filbird.

to make haste, to hie, to come or to goe quickely, or speedily.

Festinare. σπεύδειν
Celerius. Ocyus exequi
Accelerare. Percurrere
Properare. Aduolare
Præcipitare viam
Maturare, recelerare aduentum
Celeriter aduentare, accedere
Currere. Celerare gradum
Triptolemi currus ascendere
Cito properare gradu
Volare, Metaph. Celerare
Citato, non testudineo gressu venire, Apul.
Euolare per viam
Percitis cursibus præteruehi
Breui conficere viam longam. Cic.
Celeritate vti
Vrgere iter
Celeres mouere pedes
Moras omnes abrumpere
Pellere. Tollere
Mora abest. Nulla est
Post minimum moræ
Ponere vel rumpere moras
Qu. sim contendere
Ocius properare, mouere se
Venire. Ire curriculo celeriter
δρομαῖος ἐλθεῖν
Properare, abire
Moram omnem rescindere
Accurrere ad aliquem. Cic.
Tu si minus ad nos, nos occurrimus ad te
Approperare
Conficere spatium, Cæs.
Magno spatio incredibili celeritate confecto. With great speed
Celeritatem adhibere, apud eundem
Facere se celerem, apud Plaut. pro festinare
Vorare viam, apud eundem
Ruere ad forum, ad portus.

with all haste or speed.

Summa festinatione
Quam ocyssimè
Citis quadrigis
Nauibus atque quadrigis
Velis equisque.

hastily, speedily, in haste.

Raptim. Properiter
Statim. Cursim
Curriculo. Extempore
ταχὺ ταχέως
Subitò. Confestim
Tumultuanter è vestigio, nulla mora facta
Citato. Cito. Properatim

Per

Per transitum, vt dici solet
In transcursu. Perfunctoriè
Tumultuariè. Festinato
Properè. Properanter
σπουδαίως. Festinanter
Celeriter. Velociter
Acceleratè. Ocyus
Omni festinatione
Sine mora.

a Hat, a Cap, a Bonet.

Pileum. πῖλιον. Pileolum
Pileus, pileolus sub genere masculino pro eodem ponuntur
Tegimen capitis, operimentum seu capitis velamen
Capitium ἐπικράνον
Biretum. κυνῆ
Galerus seu galerum à quibusdam pro pileo vsurpatur
Casia, κασία, qua dictione apud Latinos Valer. Max vsus est, a Hat with a broad brim, vtimur enim ea ad arcendum æstum
Insigne doctoratus galerum, rubicundum
Pileum violaceum
Pileum instar pyramidis in fastigium acuminatum, A spanish felt
Petasus. Vmbella
σκιάδιον
Galerus stramineus, eiusdem significationis cum Casia, nam & apud Flandros è culmis tritici nectuntur galeri
Culio apud Iul. Capito. genus pilei viatorij.

to Hate, vide to Enuie. great Hatred, olde grudge, or displeasure deeply rooted.

Dissidium amarulentum, acre.
Odium capitale. Agreste
Atrox. Perniciosum
Implacabile. Acerbum. Cæcum
Odium Vatinianum, Nouercale, Fatale, irreconciliabile, perpetuum
Simultas pertinax, Aspera
Vetus atque antiqua simultas
Bellum internecinum, apud Liu. & Plin. Deadly warre
Funestum. Atrox
Bellum irreconciliabile
ἄσπονδος πόλεμος
Exitiale, perpetuum, archidamicum bellum, biennale, decennale, Vide Enuie.

to bring in Hatred.

Parare, generare inuidiam
Fauorem adimere
Furialiter odisse
Creare, incitare odium. Cæsar
Concitare offensionem, odium
Parare odium & dissidium
Conflare inuidiam, odium
Odijs nefandis exedere aliquem
Certare odijs
Concitare inuidiam
Tale dictum illi peperit inuidiam
Verbo sibi conflauit odium amaro
Magnas odij sui fecerat accessiones. Cæs.

Hatefull b(r)iberie. Hated of all men. a Hauen.

Statio. ὅρμος. Portus. λιμήν.
Nauale. Nauium statio. ναύσταθμος
Naualia Ostia pro portu marino ponitur. Porrò Hyberna seu hybernacula non sunt nauium stationes, sed loca in quibus milites faciunt stationes mensibus hybernis.

to come, to enter in the Hauen or Port.

Tangere littora Ponti, Ostia maris
Littora tenent fauces
Accipere tellurem
Arua tenere, capere
Rates armis inferre
Aduertere proras

Ripam

Ripam fœlici tangere portu
Littora præcipere
Ad littus peruenire
Vertere ad littora puppes
Prouehi portu, portas intrare
Portu subire, considere
Anchora de prora iacitur
Stant littora puppes
Deferri in portus
Littora subire
Oram soluere funes
Naues, retinacula
Classem, vela
Portu se condidit alto, & plenis subit ostia velis
Inq; tuo celerem littore siste gradum
Sese ad littora præceps cum fletu precibusque tulit.

to depart from the Hauen.

Ab littore funem rumpere
Digredi Oris
Littore deducere naues
Littora deserere
Allabi Oris
Obuertunt pelago proras, dente tenaci anchora fundabunt, & littora curuæ prætexunt puppes
Aduertere puppim ripæ.

the Hanches, vide Buttockes.
to goe a Hancking, or Birding.

Auibus insinuari, aucupari
Pedicas ponere
Insidias moliri auiculis
Aues viscata fallere virga.

Hazard nothing to fortune.

Hortor suadeo ne fortunæ fidem habeas, confidas, credas
Ne eam stabilem, firmam, certam, constantem ducas
Ab ea caueas cauteque cum illa agas
Vt illius instabilitatem, leuitatem, inconstantiam, varietatem, mutationem, varios casus, vicissitudinem extimescas.

the Head.

Caput capitellum, sinciput, the forepart of the head
Occiput & occipitium, the hinderpart of the head
Pala annuli, a rings head
Cephale vel cephalis
Caput efferre, quatere
Tollere, abdere, perferre, subdere
Occulere, vertex, the head, or the crowne of the head.
Capito, Caput turpe grauatum, tardum, a logger head.

to behead, or cut off the Head.

Truncare, detruncare
Amputare, præcidere caput
Capite plecti, orbari
Auulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.

Headlong, vide Unaduisedly
of his owne Head, vide without helpe.
to Heale, to Cure.

Ægroto salutem reddere
Lethales morbos, tabem de corpore pellere
Membris ab ægris omne morborum genus deducere
Reddere, restituere sanitati pristinæ
Dare, reddere salutem. Sanare
Medicari, mederi
Sanum aliquem facere
¶ Sospitare, seruare
Incollumem seruare, vide to Cure.

to Heale, to Cure wounds.

Mederi vulneribus, Cic.
Medicari cuspidis ictum, Virg. Vulnus obligare, fouere oleo, vide to cure.

to be in good Health, to liue in prosperitie.

Athletica, pancratica, firma, bona esse valetudine, prospera, fœlici, fausta, non infœlici, &c.
Vti firma nimis commoda, valetudine
Valere, ὑγιαίνειν
Bene habere
Basilicè agere
Valere ex animi sententia
Valere pancraticè
Basilicè, athleticè, pugilicè, commodè, bellè
Bona valetudine esse
εὐημερεῖν
Fœliciter, hilariter viuere, habere
Secundis rebus vti
Gliscere in eadem significatione, apud Columel.
Ex animi sententia viuere
Bene habere
Præclarè & bene dicitur nobiscum agi. vide Whole.

to recouer Health, vide Ware strong.

a Heape, a great deale, or a great sort.

Cumulus, strages
Agger, aceruus
Strues, conglumeratio
Congeries, σωρὸς
Congestio.

in Heapes without order.

Turmatim, aceruatim
Armentatim
Gregatim, ἀγεληδὸν
Conglobatim, sturmatim
Cateruatim, agminatim
κατ' ἴλας, ἰλαδὸν, partim, Apul.
Castellatim, apud Liu.
Cumulatim, cumulate.

Haire.

Crines, pili
Cirrus, curled haire.
Θρίκες, capillamentum
Lanugenes primæ
Capilitium, cæsaries
Coma, proprie mulierum
Capilli capitis propriæ sunt pili, quemadmodum cinni, vnde cincinni quos Martialis annulos vocat.

curled, crisped or broided Haire.

Cirrus, capilli intorti, crispi
Calamistrati crines
Calamistro torquere capillos, to curle the haire.
Calemistrum focale, the iron wherewith the haire is curled.
Calamistratus puer, cirrhatus, crispus, crispulus, annulatos habens capillos, that hath curled haire.

to let the Haire grow.

Barbam capillumque submittere, apud Suet.
Barbam promissam gestare
Cæsariem promittere
τὴν κόμην ἀνιέναι, apud Philost.
Componere cæsariem, cinnos, crines, to trim or dresse the haire.
ἀβροκομᾶν
Comæ curandæ operam dare
Comam implicatam extricare.

to cut the Haire, vide to polle the Head

to platte the Haire.

Dependulos cincinnos ornare
Intorquere capillos
Nectere cincinnos
κορύμβους πλέκειν, alienis capellis verticem struere, Hier.

to

to Heare, to Perceiue, to vnderstand.

Audire, Tenere ἀκούειν
Auscultare cum accusat
Inaudire pro perfectè audire, apud Cic.
Ad vocem alicuius aures subrigere, animum aduertere
Arrectis auribus stare
Capere, Intelligere
Percipere, Sentire
Exaudire, nonnunquam pro simplici ponitur
Percensere. Accipere
Auribus haurire, cadere, accipere
Demittere in aures
Aures patefacere, pro audire, seu credere, apud Cic.
Dare aures verbo Dei, fabulis
Aures arrigere, accommodare, admouere, adhibere, applicare
Attentam aduertere mentem
Figere animo dicta alicuius
Animos adhibere
Voces percipere mente
Pendere ab ore narrantis
Reponere sensibus
Captare vocis
Auribus recipere, condere
Aures afferre, præbere, intendere dictis verbis vocibus
Bibere auribus
Auide auscultare
Quæ dicam animis aduertite vestris
Accipite animis atque hæc mea figite dicta
Accipite hæc animis lætasque adhibere mentes, to hearken diligently.
Olfeci, Accepi, Didici, to hearesay.
Increbuit apud me
Auditione accipere aliquid, apud Cic.
Ex rumore cognoscere
Populi niti rumoribus, Cic.
Romam cum venissem tenuem quidem auditionem ea de re accepi
Accipere fama aliquid, Plaut.
Vidi, non ex audito arguo.

to Heare gently, to grant.

Exaudire & inaudire, pro bene & perfectè audire
Precibus alicuius dare
Fouere, Annuere, Succumbere
Efficere preces ratas
Audire peccantem
Audire, pro audita concedere, apud Virg.
Votis succedere alicuius
Parere intercessori, apud Cic.
Petenti cedere
Excipere preces
Precibus moueri
Flecti, Vinci, Vide to Grant.

Heate, Warmth.

Calor, Aestus, Cauma
καῦμα, Feruor
Calor vehemens
Sol acer, feruens, flagrans
Solis flagrantis ardor,
Soles pro æstu
Incitatissimus calor

the Heauen, the Firmament the Skie.

Cœlum, οὐρανὸς, Aer
Aether, αἰθὴρ
Olympus, Astriferæ sedes
Sedes Olympica beatorum
Diuorum mansio, requies, domus
Superiorum lumina, Astra
Arx ætherea, Aurea, cœlestis
Sydera, cœlestiaque regna
Sinus Abrahæ. Solum cœleste
Regnum cœlorum, Paradisus
Polus, πόλος, Axis
Altus pro cœlo ponitur à Virg.
Maia genitum dimittit ab alto
Aula astrifera, Campi Elisij
Magni tecta tonantis, regalisque domus
Celsa Deus sedet arce

to got to Heauen.

Migrare in cœlum
Astra subire, Seruare
Superos petere
Recta ad cœlum contendere
Superas euadere ad auras, Virg.
Beatorum coniungi consortio
Cœlestis patriæ munera læta subire
Perpetuæ gloriæ portum fœliciter introire
Aeternæ vitæ exordia sortiri
Astriferas post funera scandere sedes
Sedis & securitatis æternæ portum petere
Aethereas post fata subire domos
Inferri Abrahæ sinui
Astriferum ire in axem
Conscendere ad æthera
Ascendere in cœlum
Cœlum ingredi
Volare, euolare in cœlum
Ad Cæli palatium ascendere
Migrare ad Cœlum
Stola immortalitatis indui vestiri
Ad fœliciora regna transire
Aeternæ gloriæ coronam accipere
Perpetuam transire ad vitam
Cœlesti gloria Coronari
Aeternæ beatitudinis mansionem recipere
Aethera petere
Abiecto corporis exiguo in angelorum demigrare consortium
Elysios inuisere campos, & fortunatæ regna beata plagæ
E corporis dimensorio in cœlestem domum migrare
Recta in campos Elysios, demigrare abire, vt poetæ arbitrantur, putantes animas è corporis huius domo migrare ad campos Elisios
Penetrare summi limina celsa poli
Cœlicolum tecta subire
Cœligenum ascendere sublimia tecta.

to take into Heauen.

Gloriæ Olympi facere participem
Ad sedes beatorum, ad æterna gaudia transferre
In beatorum recipere coloniam
Mundi pressuris eximere
Venenati diaboli faucibus liberare
Laqueis secularibus exutum paradiso restituere
Cœlo accipere, apud Virg.
Astriferæ aulæ limina pandere.

Heauenly dwellers, vide Dwelling, &c. Heauinesse, Griefe, Trouble, Sadnesse.

Difficultas, Labor
Dolor. Luctus
Aegritudo, Tristitia
Aerumna, Solicitudo
Afflictio, Amaritudo
Acerbitas, Apud Cic.
Cura animum discruciat
Srupulus, Molestia, Negotium
Nodus & Moles per metaph.
Crux quoque Latinis ponitur pro re omni, quæ molestiam adfert.

Heauy, Waighty, Greeuous.

Graue, Arduum
Laboribus ac miserijs adflictum
Ponderosum, Onerosum
Colosseum vel collossicum
Operosum, Difficile
Haud facile factu
Negotiosum, in quo multum negotij est ac laboris
Maximæ difficultatis. Acerbum
Molestum. Magni laboris
Laboriosum, Intollerabile
Aditu periculosum
Facta perquam difficile, vide Greeuous.

a Hedge, a Mount.

Septum, Sepes vel Seps

Sepimen-

Sepimentum, Vallum.
ἐσκαμμένον. Maceria
περίφραγμα.

to Hedge, vide to Enclose
the Heele.

Calx sub genere masculino
Calcaneus
Calcaneum. πτέρνη
Pernio, græcis Chimetlon, the Kibe in the Heele.

a Heg, a fairie.

Incubus, Dæmon. Insultor
Ephialtes, qua dictione Valerius Max apud Latinos vsus est
Pnigamon, πνιγάμον, ἀπνιγαλίον vide Fairies.

the Hell.

Infernus, Inferus
Erebus. Tartarus
Auernus, Infera
Gehenna Græci scribunt sine aspiratione media, Hebræi, Gehenna
Stygia palus, Orcus
Fossa infernalis Phlegeton
Sine sole domus Virg. Acheron
Damnatorum locus
Styx, Cocytus
Chaos Tartareum Barathrum
Sulphuris amnis in versibus Sybilinis
Infernæ & inferæ sedes
Stagnum igneum ac sulphureum
Lacus sulphureus
Vmbræ Tartareæ
Tartareus phlegeton, Fœda palus
Lacus Phegetonius
Inamabile regnum
Puteus infernalis, ἅδης
Plutonis seu Ditis regnum
Tartareæ sedes atque ostia Ditis
Vallis tenebrarum, caliginis
Lacus inferior in Sacris
Phlegeton Cocytus fluuij sunt infernales, vt Styx & Acheron
Loci pœnarum, tenebrarum
Extremæ tenebrę seu exteriores
Sceleratorum sedes ac regio
Ianua nigra, Propertius
Panditur ad nullas ianua nigra preces
Carcer tenebrosus, cœcus
Orcæ Charybdis
Fæculentus, terrestris alicui carcer,
Igneus fluuius
Hypogræa claustra Barathri
¶ Infernalis, Tartareus, Auernalis fluuius, seu amnis, &c.
Reliqua require inter Poetica.

Hell fire.

Ignis gehennæ
Tartarea flamma
Ignis infirnalis
Aeternum, extremum supplicium
Horrenda, extremaque internecio, Budæ.

to goe to Hell.

Inferos adire lacos
Nigros visere Manes ante diem
Ad Cocytum demigrare
Obscura regna subire
Ad Tartara pergere, petere
Plutonis sub terra inuisere sedes
Αἴδαο δόμους ὑπὸ κεύθεσι γαίης οἴχεσθαι, vt est apud Homer.
Paludem igniuomam gehennæ hæreditare
Stygias peruenire ad oras
In ignis æterni abyssum corruere
Ditis defunctum accedere regna
ἐποφθίμενον δῦναι δόμον ἄδου εἴσω vt est apud eundem.

to bring to Hell.

Animam in tartara fato præmaturo mittere.
ψυχὴν ἅϊδι προϊάψειν. Hom.
Aeternis obijcere malis
Deturbare in auernum
In vel sub tristia tartara mittere

Demittere orco aliquem
In Tartara deiicere
In auerni barathrum in acherontis tenebras deiicere, mittere
Ταρταρὸν
Detrudere ad Stygias pœnas, & auerni tartara Ditis, Virg. in 7.
Hinc via tartarea quæ fert
Acherontis ad vndas
Ducere, præcipitare in infernum
Εἰς ᾅδην κατάγειν, to lead to hell
Mittere ad orcum
Animam trahere ad præsepia Ditis
Seculi sordibus pregrauatum in flammas tartareas demergere
In phlegetontis præcipitare fluenta, dehiscere, tetra sub tartara rapere
Chasmate, tellure dehiscente viuos in infernum demittere
Profunda demergere abysso, quod vulgo condemnare dicitur, mittere in gehennam, tenebras exteriores
In profundum Tartarorum relegare.

the deuill of Hell.

Dis, ditis
Tenebrarum Præses, Pluto
πλούτων, Orcus
Summanus, diuitiarum & inferorum deus: summus inter manes dictus Ouid.
Summano templa ferunt
Apud Plutonem agere, to be in hell.
Apud Inferos habitare
Colere regiones Acherontis.

Hell Spirits.

Dæmones, dæmonia
Manes, lemures.

to Helpe, to Aide, or Assist.

Subuenire, succurrere
Auxilium dare, ferre, præbere, præstare
Auxiliari, βοηθεῖν
Iuuare, adiuuare, adiutare
Offerre se alicuius necessitati, inopiæ supportare
Adiumento, adminiculo, præsidio, subsidio, auxilio esse
Adminiculari, opitulari
Opem ferre celebrem
Adspirare, subleuare
Alleuare, releuare
Patrocinari, adesse
Tueri παραγίνεσθαι
Afflictos, miseros consilio & re, iuuare
Tutari, adire
Conferre opem miseris
Suffragari
Commodare, dare operam alicui Plautus
Subsidium præstare
συμβοηθεῖν
Suppetias ferre
Præsto fuit multis
Defendere, assistere
Adferre adiumentum, præsidium, auxilium, opem, manus alicui
Manus adferre, dare societas, vel auxiliares
Rebus succurrere læsis, relictis
Facere adiutorium, Suet.
Opem præbere, præstare
¶ Ire, venire subsidio, apud Virg.
Ire suppetias, apud Cæs. to goe succour, or helpe one
Ferre pedem, apud Virg.
Ferre simul fauni que pedem, vide to be profitable.

to Helpe one another.

Mutua opera iuuare
Succurrere mutuò
Mutuas tradere, commodare operas
¶ Se inuicem mutuis iuuare officiis
Condicere operam, to promise helpe, & offerre auxilium, id est, polliceri
¶ Non tuo Marte
Non sine Theseo, not without ayde.

Helpe, Aide, or Assi-stance.

Auxilium, subsidium
Suppetiæ
βοήθεια
Præsidium, opitulatio
Adminiculum, suffragium
Subuentio
Iuuamen
Auxiliamen
Adiuuamentum
Anchora
Opitulamen
Opem in obliquos
Adiutorium, tutela
Copia, Terent.
Patrocinium, defensio
Opera subsidiaria, apud Eras.
Beneficio alicuius, id est, opera apud
Cic.

to require, or to demand Helpe.

Auxilium, subsidium petere, implorare, efflagitare
Quærere
Inuocare suppetias, auxiliares manus, opem
Auxilia cogere
Opitulamen rogare
A superis poscere opem
Quiritare, apud Apul. & alios
Sollicitare Deos
Vocare auxilio Deum
Vocare auxilium
Operam deposcere
Auxilium vocat & duros conclamat agrestes.

without Helpe, vide Without.
with the Helpe of God, vide God willing.
Herauldes of Armes, vide Posts.
to Harbour, vide to Lodge.

an Harbinger, one that appointeth lodging for a Princes traine.

Metator seu designator hospitiorum quem vulgus Foraneum vocat
Epidemeticus, vel epistathmus.

Heretofore, in Time past.

Antiquitus, ἐκ παλαιοῦ
Bonis temporibus, apud Cic. in offic.
Apud maiores nostros
Memoria patrum
Olim præteritum tempus significans
sicut quondam, πάλαι, Cic.
Fuit ista quondam in hac republica virtus
Iam olim, & olim iam, Long afore
Quampridem.

Hereafter, a Time to come.

Inde, deinceps, ἐκ τούτου
Ex hoc tempore
Post, posterius
Postea, μετὰ ταῦτα
Olim futurum tempus significans
Posthæc, postmodum
Postmodo, amodo
In futurum, in posterum
Demum, denique
Dehinc, ἑξείης
Poeticè per ἑξῆς
Vltra, post hoc tempus.

Hereafter a better successe, or a better lucke and fortune.

Tempestatem excipiet serenitas
Post tenebras lux atque serenus dies
Spes meliora dabit
Succedet tranquillitas

Flebile principium melior fortuna ſequetur, Ouidius
Turbulentos motus conuertet Deus in tranquillitatem
Malis dabit Deus his quoque finem, Virg.
Illuceſcit optata tranquillitas
Poſt hæc meliora ſperamus
Tempora poſt mœſtos læta fuit dies
Poſt nubila Phœbus
Grata ſuperueniet quæ non ſperabitur hora
Læta triſtibus ſuccedent
Aurea remeabit Saturni ætas
Melior poſthac fortuna adueniet
Poſt tempeſtatum noctem diei ſerenitas illuceſcet
Oculis mœſtitia caligantibus grata aura illuceſcet
Forſan melioribus annis ſæcula læta aderunt.

an Heritage.

Hæreditas, hæredium, hærediolum, prædium, patrimonium, ſucceſſio, vide Unmoueable goods.

greedy after an Heritage, or an other mans liuing.

Hæredipeta, vultur
Captator teſtamentorum
Vulturis vmbra, γυπὸς σκία
Inhians teſtamento
Moriturum blanditiis, muneribus aut aliis quibuſuis artibus ſubornans, vt hæres inſtituatur
¶ Obire hæreditates, fundos, arua vicini pro aucupari, captare, Cic.
Perſequi hæreditatem, apud Terent.
Hæreditates captare alienas, Hiero.

a Herring.

Allec, aut vt nonnulli volunt, Halec per aſpirationem & vnico l
Arenga, alleca
Mænis, μαινὶς, vel mænas, halecula, a Sprat.

a red Herring.

Allec infumatum
Arenga paſſa
Ruburnus & ruſcupa à plæriſque pro eodem ponuntur.

Hitherto, vide Untill now. Hither and thither, High and low, To and fro.

Surſum, deorſum. Huc & illuc
Vltro citroque, Cic.
Rurſum, prorſum, ἄνω, καὶ κάτω
Rerum ordine conturbato
Hac illac circumcurſa, Terent.

to Hide, to couer, to keepe cloſe.

Cælare, abdere
Obducere, abſtrudere
Operire, condere
Abſcondere, κρύπτειν
Recondere, occulere
Occultare, occludere
Occultum habere
Inuoluere, retrudere
Ab oculis remouere
Tegere, contegere
Obtegere, ſupprimere
Velare, λανθάνειν
Abdere ſe
Abſtrudere ſe in angulum
Abdere ſe in tenebras
Fugere vultus
Carere publico, foro
Fugere congreſſus hominum, Cic.
Non venire in forum
Abdere ſe domum rus in ſyluas
Abdere domo, ſpeluncis
Fugitare, ſubtrahere ſe
Coniicere ſe in tenebras
Confugere in cauernam
Quærere latebras, diuerticula
Publico abſtinere, fallere
Liuius, qui per biennium fefellerat, id eſt, latuerat.

to

to be Hid, or lie hid.

Latere. Latere tecto
Latitare, & Delitescere.

Hid, kept close.

Occultus. Abditus. Latens
Cæcus. Conditus. Absconditus
Cryticus. Tectus. ἐνδόμυχος.

to Hie, vide to make Haste.

High, Aloft.

Excelsum. Celsum
Eminens. Æthereum
Arduum. Exaggeratum
Perculsum. Summum
Altum. ὑψηλον. Aëreum
Procerum. Elatum
Editum in altum
Præruptum. Sublime
Excitatum humo.

to appeare, to seeme High.

Elucere. Emergere
Excedere. Prominere
Eminere. ὑπερέχειν
Minari pro eminere, apud Virg.
Geminiq; minantur in cœlum scopuli
Assurgere. Extolli. Attolli
Educi. In altum surgere
Efferri. Efferri in altum
Efferri in aerem
Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Superare humeros, fastigia tecti, culmina
In luminis auras alte subuehi
Aliquem toto capite superare.

a little Hill, a Hillocke.

Cliuus. Monticulus
Collis. Colliculus
Tumultus, quasi terra tumens
γεώλοφος. λόφος.

to Hinder, to Let, to offer Wrong.

Obsistere. Offendere
Lædere. Impedimento esse
Non conducere, si referantur ad naturalem temperamentum, ac corporis accidentia, vt illud non conducit stomachi cocturæ, digestioni, hoc lædit, offendit valetudinem
Obesse. Officere
Nocere. Incommodare
Incommodo afficere vel damnis
Facere detrimentum, damnum inferre, adferre. βλάπτειν
Vulnus imponere, inurere, infligere, apud Cic.
Malefacere, & maleficium facere
Incommodum ferre, inuehere, importare
Dare damnum, seu Iacturam dare, pro quo ineptientes facere damnum dicunt
Malum dare, apud Terent.
Commodis officere, apud Cic.
Incumbere in alicuius perniciem
Malitiosis, insidijs, clancularijs dolis perniciem machinari, to go about for to doe wrong.
In mutuam perniciem ruere, Eras.
In alterius perniciem iucundius incurrere, malum statuere, scelus concipere
Machinari perniciem, necem alicui
Petere alicuius caput
Moliri mortem, læthum alicui
Ire in aliquem.

Hippocras.

Melicraton. μελίκρατον
Vinum hypocraticon, distillatum tertio. Aromaticus
Myrina vel Myriua
Vinum aromaticum.

Hyre, vide Reward.

Histories, or Chronicles.

Historiæ. Commentarij
Fasti. Libri veteres
Res gestæ
Scriptura. Registra
Diaria. Annales
Ephemerides
ἐνιαύσιοι. ἀπομνήματα
Chronicatorum
Monumenta rerum veterum, temporum, locorum, hominum, rerum gestarum
Libri exemplorum, rerum memorabilium
Aduersaria
¶ Breuiarium Summarium
Compendium
Epitome, ἐπιτομή. Vide writings.

to write Histories or Chronicles.

Historiam scribere, texere, contexere, in ordinem disponere
Rerum gestarum seriem describere, narrare, oculis subijcere, memoriæ prodere
Actus componere. Hieron.

to Hit the marke.

Scopum vel scopulum ferire, tangere, adsequi, ictu directo ferire, sagitta contingere
τοῦ σκοποῦ ἐφικνεῖσθαι
Metam attingere
Iugulum ferire.

to Hit or Dash against something.

Illidere. Offendere. Allidere
Offensiones incidere. Incurrere
Intorquere. Impingere
συγκρατεῖν προβάλλειν
Quis tam Lynceus qui nusquam incurrat? Cic.
Lædere crus, pedem ad lapidem, Cic.
Saxo, cespitibus duris occurrere.

to be, or to waxe Hot or warme.

Ardere. Exardere
Ardescere. Exardescere
Calere. Concalere
Feruere. Incalescere
Aestuare. Exæstuare
καυματίζειν
Calorem sustinere. Flagrare
Aestu & caniculæ rabie excruciari
Calorem pati, tolerare
Canis ortu, flagrantissimis solibus flagrantioribus radijs exuri
Feruere. καυματίζεσθαι
Calore efferuescere, torreri
Sole aduri, excandescente die
Dum calet, & medio sol stat altissimus orbe
Pulueruienta coquat maturis solibus æstas
Infensos auertere æstus
Caloribus solis exuri, solis æstu ingrauescente
Solis æstus est submolestus.

a Hogge, a Swine.

Sus. ὗς. Sucula
Porcus. χοῖρος. Porcellus
Porca. Procetra, a Sow
Scropha quæ sæpius
Verres, a Boare
Maiales
Porcus castratus, a barrow hog
Nefrens quod nondum frendere, hoc est, fabam frangere possit, vt Varro ait
Sed porcellus lacteus subrumus qui & orthragoriscus dicitur
¶ Porcarius. Subulcus, porcorũ custos
¶ Porcile. Hara, porcorum stabulum, a hogstie.

to Hold, to Keepe.

Tenere. Continere
Mordicus tenere animum, sententiam
Tenere se domo

Tenax

Tenax morbus
In anuſſis aliquid tenere.

to Hold vnder, vide to Keepe in and Refraine.

Holy day.

Dies ſolennis, Dies feſtus
Dies ferarius, Feſta lux
Religioſa dies
Feſtum ſubſtantiuè, ἑορτή
Feriæ Feriarum pluraliter
Dies ceſſationum ab opere.

at Home or in my House.

Domo, οἴκοι
Intra paternos parietes
Intra domeſticos parietes
In domo, ἐν τῷ οἴκῳ

to tarrie or lurke at Home.

Perpetuò domi deſidere
Raro prodire
Domi conchæ in morem ſuo viuere ſucco
Crepitu ventris calces domi calefacere
Domi ſe continere.

Hunger, vide Hunger. to Honour, to Worship, to Reuerence.

Venerari, Aſſurgere
Venerationi dignari
σέβεσθαι, Reuereri, Colere
Obſeruantia proſequi
Obſeruare, Applaudere
Honore proſequi, excipere
In honore habere, ἐν τιμῇ ἄγειν
Honorare, Honeſtare
Honorem impendere, habere
Suſcipere, ἀποβλέπειν
Admirari, apud Virg.
Magnificare, Honore ampliſſimo ornare, proſequi
Honoribus augere, cumulare, ornare quod promouere vulgo dicitur, to promote, to aduance
παράγειν εἰς ἀξίωμα ἐπισκοπῆς.
ἐπ' ἐξουσίαν ποιεῖν.
Gloriam dare. Cic. vt mihi illa omnia immortalem gloriam dederint.
Ornare aliquem inſignis gloriæ
Exornare aliquem prætura, conſulatu
Nouo augere honore
Afflare honorem Virg.
Ad dignitatem, potentiam, authoritatem promouere
Exaltare, Sublimare
καθίστασθαι ἐπ' ἐξουσίαν
Conſtituere in authoritatem & potentiam
Honorificare
Honorem exhibere, præſtare
Onerare officiis, honoribus
Genua flectere
Inclinare caput omnibus theatris
Honorem ferre, deferre, impendere, cumulare, certatim
Honorarium neutiquam deſpicabile offerre
Pro numine colere, to worship one as a Saint
¶ Aliquem ſartum tectum conſeruare, eſt alicuius honorem (vt vulgus loquitur) tueri, Cic.
M. Curium ſartum tectum, vt aiunt, ab omni incommodo, detrimento, moleſtia, ſincerum, integrumque conſerues.

to get Honour, Glory, Praise, or Dignitie.

Dignitatem colligere, conciliare, adferre, conſequi, reperire, ſibi adiungere, acquirere
Ferre, obtinere laudem, Cæſar
Ad dignitatem peruenire, prouehi

Ire ad astra. Virg.
Peruenire in claritudinem magnam Sal. Propter scientiam rei militaris singularem ad honorem amplissimum euocari
Omne ferre punctum, pro laudem omnium assequi, Horat.
Nanciſci poteſtatem ſeu authoritatem ſummam
Colligere dignitatem, famam
Laudem ſibi parare
Attollere faſtigium
Prouehi in altum
Lauream mereri, adipiſci
Dignitatem agere, amplificare
Gloriam comparare, adipiſci, conſequi
Nomen augere, vel exiſtimationem
Extendere famam factis
In gloriam venire
Honores aſſequi, conſequi.

Deſirous of Honour, vide Ambitious.

Honour, Renowne, Glory, Praiſe or Dignitie.

Honor & Honos, κλέος
Excellentia, Celsitudo
Dignitas, Dignatio
Maieſtas, Claritas
Sublimitas, Faſtigium
Amplitudo, Splendor
Celebritas, Magnificentia
Exiſtimatio, opinio honeſta
μεγαλοπρέπεια
μεγαλοπραγμοσύνη
Honeſtas, Decus
Laus, Fama, δόξα
Gloria, Titulus, metaph.
Nomen, Ornamentum, Vide euerlaſting renowne.

Honourable, Noble, Worſhipfull, Venerable, Famous, Excellent, paſſing good.

Honorabilis, γεραστος
Honorificus, γεραος
Venerabilis, αιδήμων
Venerandus, Excellens
Aegregius, Preclarus
Præſtans, Eximius
Præſtabilis, ἐλλόγιμος
ἐξηρητέν.ς, Clarus
Intaminatus, Amplus
Colendus, Phocion
Reuerendus, Probus
Probatus, Cic.
Adprobus, Gel.
Honorandus. Honeſtus
Spectatus, Spectabilis
Spectatæ probitatis vir.
Vir de quo dubium clarior ne ſit generis, origine, an virtutibus
Diuerſis relucens virtutum ornamentis
Purus omnis criminis
Summum eccleſiaſticæ dignitatis ornamentum
Vir omnium epiſcopalium virtutum genere cumulatiſſimus
Conſpicuus. περιφανής
Circumſpectus
Inſignis, Inclytus
Illuſtris, Celebris
Laudatus
Laude dignus
ἄξιος, ἄινων Laudabilis
αιδέσιμος, ἀιδῶιος
Vir, integer, integræ famæ
Integerrimæ vitæ, vir
Grauis & honoratus apud ſuos,
Senio venerabilis
ἐπίτιμος ανὴρ πολύαινος
Omni honore & fauore digniſſimus
Patriæ decus immortale
Bonus pro probo & iuſto, apud Cic.
Vir numuris omnibus abſolutus
Columen familiæ, the Honour, the glorie of the houſe, ſtocke or kindred, Terent.
Homo quantumuis precii quauis re dignus, prouerb.
ἄξιος τῦ παντὸς
Multa laude dignus
Summæ integritatis

Singulari vitæ integritate
Insigni virtute præditus
Moribus integris
Iouis germen, ἐκ Διὸς ἔρνος
Ad dignitatem & gloriam natus
Insigni dignitate præstans
Vitæ ac famæ inculpatæ vir.
Vitam degens nulla sinistri rumoris macula aut laude aspersam
Moribus ac vitæ probitate admodum excellens
Famam seruans illibatam
Famæ hactenus incontaminatæ
Integer vitæ scelerisque purus, apud Horat.
Sublimi qui fertur vertice
Summæ dignitatis codicillis ornatus
Ornamentis pulcherrimis cumulatus
Dignus Argiuo clypeo, prouerb.
Manificis ornatus præconiis
Clarissimus, amplissimus vir.
Sunt inter hæc aliqua nonnihil diuersum significantia, sed huc translata, quòd probi honestique viri epitheta sunt.

Honourable, vide **Princely.**

a Hood, a Kerchiefe for a Woman.

Rica & Ricula diminutiuum
Peplum
Calyptra
Tegmen muliebre
Calantica, ταινία
Calanticam capiti accommodare, apud Cic. **to pin**
Calanticam detrahere, apud Virg.

a Whore, a Harlot.

Scortum, Meretrix
Prostibulum, Scortillum
Communis mulier, Lyca
Propudiosa Scortatrix
Vulgata omnibus seu peruulgata, apud Suet. Lycena
Pudicitiam in propatulo habens
Lupa, προςᾶσα γυνὴ
Quæstum corpore faciens
Prostituta mulier, Adultera
Prostituti pudoris, Mœcha
Vulgato corpore, Pellex
πόρνη ἡ ἐργαζομένη
Publicè merens
Diobolaris, apud Fl. in mythol.
Quadrantia mulier
Recellicluniæ, apud Plaut. Alicar.
Cloacæ, metaph.
Subacta pluribus
Pellex, palace Græcè, Concubina vulg.
Sui copiam omnibus faciens
Ignis, apud Virg. Succuba
Cuilibet se sternens, **a common Harlot.**
Quouis admittens
Seraptiæ, Prosedæ, **ill fauoured Drabs**
¶ Et meretrix sacrificularia seu prostibulum vel cloaca sacrificorum, **a Priests whore.**

a Whoremonger.

Scortator, Fonicator
Fornicarius, Meretricarius
Ganeo, Nequam, πόρνος
Leno, a **Ruffin.**

to play the Whore, or Harlot.

Pulchritudinem & corpus ad lucrum prostituere
Alere corpus corpore, Plaut.
Prostituto corpore stipendia facere
Dare se cuilibet, apud Teren. & Mat. pro prostituere
Corpore quæstum facere
χοιροπωλεῖν facere
Ex turpi vitæ quæstu
Vulgare, publicare corpus suum
Collocare se in vita meretricea palam & domum suam patefacere omnium cupiditati, Cic.

Palam

Palam facere quæstum
ἐν τῷ φανερῷ χρηματίζειν
Corpus palam ad omnes libidine diuulgare.

to hunt after whores, vide Bauderie.

vide Bauderie.

to Hope, to trust.

Sperare, Spem habere, fouere, nutrire, pascere
Teneri, Lactari spe
Spe duci, Spectare
Spe euehi, attolli
ἔχεσθαι ἐπ' ἐλπίδος
Expectare, pro sperare, apud Cic.
Pendere se animi
Figere spei pedem, Eras.
Spei figere ancoram, to trust wholly.
Omnem figere cogitationem, omnia studia, omnem curam, operam, industriam, omnem denique mentem in N, patrocinio, fauore, authoritate.

to Hope in vaine.

Pascere, vanam spem, spes inanes apud Virg.
Excidit spes id posse fieri
Inanem spem fouere
Bona spe aliquem ludere
Lactari spe falsa
Stultam dubia spem trahit mora.

a small Hope.

Spes tenuis, incerta, infirma
Spes frigida, languida
Spem tollere, demere, ademere, expellere
Destitui spe
Spes macra, apud Persium
Cassa atque euanida
Spes mihi cassa cadit
ψυχρὰ μὲν ἐλπίς.

I Hope, I trust.

Maxima spe teneor
Adducor in spem
Spes mihi magna subit
Spes est futurum fore
Arrecta spes est
Adhuc aliquis Deus nos respicit
Adhuc cælum voluitur, prouerb.
Lux affulsit, prou.
Spero huic afflare auram aliquam, i. spem ostendi, Cic.
Affulgens lætior spei aura, recreat animum meum, Eras.
Spem habeo, ἐλπίζω
Spem capio
Spe erigor, trahor.
ἐπαίρομαι
Venio in spem
Spero fore
Ducor, Potior spe
Affulget, arridet, adblanditur nonnihil spei
Spes est, adest, superest, restat, relicta est
Afflabit mihi spes melior
In spem vocor, erigor forte
Summam, certam, non exiguam concipio spem futuram
Animus mihi præsagit, fidem facit.

a Horse-man.

Eques, qui equo vehitur
Qui cursus equestres traducit
Qui instruit cursus equorum
Equo insidens
Equisessor, oris
Equio, onis, a horsebreaker or keeper.

Hospitalitie.

Frui alicuius domo, hospitio
Hospitem admittere
Confidere domo
Hospitium seruare
Præbere, accipere
Recipere tecto
Dare hospitium
Non habere fores oppositas
Indulgere hospitio

an Hospitall or Spittle.

Valetudinarium
Nosocomion. νοσοκομεῖον
Infirmarium dicitur vulgo
Hospitalia, numero plurali, genere neutro, ponit Vitruuius pro ædibus quæ hospitibus excipiendis destinatæ sunt. Græcis Xenodochia vocantur, in quibus peregrini hospitantur, vulgo Hospitalem, & egentium receptacula prochodochea, seu hospitia.

an Host, vide Inholder and Armie.

a House, a dwelling place.

Domus. δέμος
Aedes pluraliter. Nidus
Tectum, pars pro toto, Casa.
Lar, apud Poetas
Penates οἶκος
Aedificium. Mansio
Tabernaculum
Domicilium
Limen, pars pro toto
Catul. Labore fessi venimus limen ad nostrum
In nostrum penetrale receptus
Focus pro domo priuata ponitur
Habitatio. Sedes
Habitaculum
Culmen pro domo ponitur
Doma. δῶμα, similiter synechdochicè
Domus monetaria, the Mint. vbi signatur argentum in nummos
Argenti officina. ἀργυροκοπεῖον.

at my House, vide Home.

to keep House.

Gerere rem domesticam
Familiæ curam habere
Curare domum, rem familiarem
Solerter, prouide, vtiliter rem domesticam administrare
Rem familiarem & parare & conseruare
Parta tueri aptéque impendere
Domestici officii curis distringi
Tueri rem familiarem, apud Cic.
Gubernare domum, vulgus dicit
Rem domesticam, vel ad rem domesticam attinentia curare
Frugi viuere, to liue soberly
¶ Primam rei familiaris curam inire.

Houshold stuffe.

Supellex. ἐπίπλεον
Res domestica, familiaris
Vtensilia, Res nobiles
Scruta, numero plurali, old stuffe.

an Housholder, or the good man of the house.

Paterfamilias. οἰκοδεσπότης
Familiæ propositus, rector
Maritus. Herus.

an Housewife, vide Wife.

How.

Quomodo. Qui. Qualiter
Qua ratione. πῶς. ὅπως
Quo pacto. Qua via
Quemadmodum.

Humble, vide Low.

Humilitie, Lowlinesse.

Despicantia sui
Voluntaria mentis demissio
Animi demissio. Humilitas
ταπείνωσις
Quæ Virginem Mariam in cœlum extulit.

Hunger, Famine.

Esuries. Esurigo
Edendi auiditas, orexis, libido
Fames. λιμός. πεῖνα
Male-suada fames.

Fam

¶ Fame contabescere, inedia, inopia, fame deficere, confici, vinci, **to die for hunger**
Pallida ora fame
Longam excoluisse famem
Demere, soluere ieiunia
λιμῷ διαφθείρεσθαι
¶ Affligere inedia
Fame aliquem excruciare
Tenuem edendi concedere portionem, vt mori necessum sit, **to famish one**

to lessen, or asswage Hunger.

Eximere. Pellere
Depellere. Repellere
Leuare, Deponere, exoluere famem.
Satiare, ieiunia pascere, finire, placare boum cæde
Comprimere amorem edendi.

Hungry appetite.

Appetitus, vt vulgus loquitur
Appetentia comedendi, Esuritio
Vehemens edendi auiditas
Orexis, ὄρεξις, qua voce vsus est Iuuenalis in Satyris, appetitionem vertit, Cic.
Gulæ irritamentum
Ieiuna auiditas.

to Hunt, to Chase Deere.

Venare canibus leporem
Feras insectari
Feras indagare. θηρεύειν.
Feras agere, agitare, inquirere
Venationi insistere
Sectari ceruos, apros, feram
Feras cursu insectari, insequi, agitare. ἀγρεύειν
Cum belluis audacter congredi
Ceruos iaculo cursuque fatigare
Insequi vagas per iuga summa feras
Clamore premes ad retia ceruum
Cadit aduersa cuspide fossus aper.
Compellere ceruos in plagas
Saltusque indagine cingunt, Virg.

to Hurle, vide **to shoote.**
to Hurt.

Nocere. Officere. Lædere
Offendere. Incommodare. Obesse
Cadere, damno esse
De ijs quæ nocent, & non prosunt.

A Hurt, vide **Losse.**
Hurtfull, Noysome.

Damnosum
Infestum. Perniciosum
Dispendiosum. Noxium
Detrimentum, incommodum adferens
Exitium, iacturam, calamitatem, periculum, damnum secum trahens, & ingens malorum incommodorumque agmen.

a Husband.

Coniux. Sponsus. Maritus, Virg.

A husbandman, he that tilleth and manureth the ground.

Agricola. ἀγροικος
Agricolator. Georgus
Villanus. Villicus
Agrarius. Agrestis
Ruricola, Rusticus. vide **Plowman.**

I

a Iacket or Ierkin without sleeues.

Exomis idis. Colobium
Tunicula manicis defecta, truncata, mutilata.

a Iakes, vide **Priuie.**
a Iangler, vide **Babler.**

the Iaundis.

Moribus regius, à Var. dicitur ἰκτέρος, Græc. nuncupatur, medicorumque opinione ex felle nascitur
Aurigo nominatur à Celso, propter auri colorem.
Arquatus ab arcu, à colore scilicet, arcus cœlestis
Quidam hunc morbum Ictericam, vocabulo non satis probato (vt omnia morborum nomina ferè deprauata sunt) dixere
Alij dæmoniacum & Aquatum vocarunt
Auriginosus & Icterius, ἰκτερικὸς, qui morbo regio laborant
ἰκτεριᾶν, Ictero morbo laborare.

Idle.

Omni actione vacuus
Supinus, ociosus
Feriarius, ἰκνηρὸς
Vacuus ab opere
ἄεργος, ἀπράγμων
Nil rerum actitans
Lentus, cessans
Cessator, languidus
Desidens, desiodiosus
In otio vitam degens
Bos in stabulo, prouerb.
Spartam rodens
Reses, dis, omnis g. Liu.
Iners, male feriatus
Compressis sedens manibus
Marcibus, apud Plaut.
Facere, terere
Agere, peragere
Sequi, habere
Feriari otia
Ducere segnia otia
Ducere vitam per otium
Natus in otio
Solui in otia, vide Slow.

to be Idle.

Ociari, ἀεργεῖν
Pigrari
Vacare ocio, à labore
Vacare, σχολάζειν
Ocio indulgere
Cessare, ῥᾳστωνεύειν
Esse remissum à labore
Ocio torpescere, marcessere
Ocium captare
Feriari & feriare neutrum
Inerti ocio contabescere
Inertiæ indulgere
Ocio se dedere
Ocium colere
In ocio esse
ἄγειν, σχολὴν
Diuturno in ocio versari
Turpe ocio & Abdomini seruire
Nihil agere
Vltra Epimenidem dormire
Ociis ac somno transmittere vitam, apud Terent.
Feriatam agere vitam
Nullis se negotiis exercere
Manum habere sub pallio
Compressis sedere manibus
Et Prouerb. Conchas legere dicitur, qui in summo est ocio.

a Ierkin, vide Iacket.
to Iest, to Sport.

Nugari, connugari
Ludere, iocari
Nugas agere, tractare iocos
Afferre iocum, sales
Ludicra rebus seriis miscere
Iocari festiuissimè
Indulgere festiuis iocis
Ioco dicere, vide to scoffe.

Iestingly, Merily, Pleasantly.

Ioco, iocose, per iocum
Ridiculè, παιζομένως
Ioci causa, per ludum
Animi gratia dicere, for sport
Per ridiculum.

a Jew.

Iudæus, Ἰουδαῖος
Verpus, apella, apud Horat.
Curtus, apud Geor. Wice. & à resectu cutis dicitur, recutitus
Circumcissus
Hebræus Ἑβραῖος
Israelita
Leuigena, à tribu Leui, Mant.

Ignorant.

Rudis es. Imperitus, nullius experientiæ, vsu minimè doctus, vsu expers, rudis in rebus, nouus tanquam hospes, planè peregrinus, ab vsu rerum imperitus, parum versatus, rerum insciens, ignarus, expers, experientia vacans, vsum non habens.

Ignorant, Unlettered.

Literas plane non nouerat
Ex abditis literarum fontibus parum aut nihil hauserat
Literis erat mediocriter, leuiter, vulgariter, non admodum, haud satis, non multum eruditus, institutus, instructus
Planè, perfectè, absolutè, exquisita quadam ratione, excellenter, egregiè, præclarè literatus, non erat
Longe aberat à perfecta literarum scientia: reconditæ, exquisitæ, singulares, egregiæ in illo literæ non erant
Vulgares erant.

I haue done it ignorantly, vnaware, not knowing otherwise then I thought.

Feci inconsultè, Ignoranter
Ignorans feci, apud Plaut.
Errore, per errorem
Imprudens, ignarus
Nec opinans
Per imprudentiam, inscitiam
Nesciens, inscius, insciens
Cic. Quæ insciente me, imprudente L. Sylla facta sunt, vide vnthought.

Ill, Amisse, Ouerthwartly, Frowardly.

Præposterè, peruersè
Perperam, prauè
Distortè, inuersè
Inuersum.

an Ill or Euill man.

Prauus, κακὸς
Peruersus, scelestus
Impius, ἄθεος
Malus, πονηρὸς
Perniciosus, flagitiosus
Malitiosus, sceleratus
Sons, noxius
Discolus, facinorosus
Pestis, lues
Internecio
Morum parte inquinatus ab omni
Capitalis homo, id est, supplicio capitis dignus.

Ill fauored, Deformed.

Deformis, turpis, δυσειδὴς
Fœda facie, Thersites
Thersitem deformitate vincens
Hipponax alter turpitudine
Thersitæ conferendus Homerico
Iacens in sordibus, Filthy
Ad prodigium vsque deformis
Deformatus corpore
δυσπρόσωπος
Quam formæ premit dedecus
Decolor.

an Image.

Statua, ἵδρυμα, signum
Simulachrum, simulamen
Idolum, media producta, Effigies
Icon, εἰκὼν

Imago, Imaguncula
Imago ratiato capite conspicuus
Agalma, Hermæ
Sculptile, fusile, conflatile
Sculptum, fusum, pictum signum
¶ Statuarius, sculptor, signifer, victor signa fabricans
ἀγαλματοποιὸς
Hermoglyphus, an Imagemaker or cutter.

to Imagine, to Search, to Inquire out secrets or high things.

Altum sapere
Scrutari profundum
Subtilitates perquirere
Circa sublimia & super cœlestia versari
In cælestibus versari
Imaginari, & vt de Socrate scribit Aristphones, ἀεροβατεῖν καὶ περιφρονεῖν τὸν ἥλιον
Per aëra incedere, & circa solem satagere.

to Imagine, to Conceiue, or to Cast in minde.

Imaginare, Fingere
Cogitatione depingere vel fingere
Animo comprehendere
Imprimere aliquam notionem in animis
Animo fingere
Cogitatione & mente complecti.
Speciem alicuius rei cogitare
Cic. De imaginibus ad animum peruenientibus
Item. Volitat ante oculos istorum regis filius. Vide to muse and to deuise.

to Imbroder.

Acu pingere, Plumare, ῥυφαίνειν
Ex coloratis filis effigies hominum exprimere
Artifici vestes pingere acu
Vestes auro intexere
Hinc vestes Phrygianæ, acu pictæ, factæ, contextæ, aureis filis decoræ, Imbrodered garments.

an Imbroderer.

Acupictor, πολυκέστης
Segmentarius, Plumarius
Barbaricarius
Phrygio, quod huius artis inuentores aiunt Phriges fuisse.

to Intimate, vide to Follow.
Immoderate Sorrow.
Immortall.
to be Impoisoned.

Bibere cicutam
κώνειον πίνειν
Haurire, sumere venenum
Venenum in sua viscera ingerere
Veneni mali populo anima expellere, Solin.
Toxico se mori dare
Veneno potionari, sustolli
Toxico perire, vitam finire perimi, confici, intercipi
Corpus medicaminibus multis aduersus venena munire, Plin.

of great Importance, vide Weight.
an Impostume, or Bile, or Botch.

Hulcus, ἕλκος
Caue picas, Vlcus
Exulceratio, ἕλκωσις
Pustula, Tumor.
Vomica à tumoris similitudine
Tuber, Tubernaculum
Apostema, ἀπόστημα
Abscessus
Supputatio latine

Glandes

Glandes, glandulæ, Tonsillæ
¶ Rescindere summum hulceris os.

Imprisoned, vide Prisoner.

Impudent, without shame. Shamelesse.

Impudens media correpta
Insignis qui est impudentiæ
Inuerecundus, fronte carens
Effrons, qui pudorem omnem abstersit, dedisci
Perfrictæ frontis, faciei
Cui pudor ex pectore cessit. Luc.
Os impudens
Aspectus atticus
βλέπες ἀττικον
Nihil oris habens
Cui frons cum mente periit
Frontosus
ἐυρυμέτωπος
Phormio Terentianus.

to be Impudent, shamelesse, or without shame.

Perfricare frontem, faciem
Ponere pudorem
Perfricare os, apud Cic.
Pudorem omnem abstergere, detergere, deponere
Verecundię repagula omnia discutere, Erasm.
Verecundiæ limites cunctos prætergredi
Esse sine fronte
Transire fines verecundiæ, pudicitiæ Salust. Pudore carere
Non habere pudorem
Impudenter loqui, ἀναιδευτεῖν
Impudenter agere, ἀναιδεύεσθαι
Nihil apud alios pudere
Qui nullo pudore tangitur, monetur auditur, ducitur
Quem nihil pudet
Inuerecundus, Perfrictæ frontis

Impudently.

Per fricta fronte, facie
Posito pudore omni
Ore perfricto
Crasso rubore
Absque fronte & ore
Refractis pudoris & reuerentiæ claustris. Plinius. Citra ruborem
Deuorato pudore
Temeraria fronte
Nudo capite, prouerb.
γυμνῇ κεφαλῇ
Inuerecunde. Impudenter
Citra omnem pudorem.

to Impute, to Attribute.

Acceptum ferre
Alios traducendo choragium aliquod gloriæ affectare, venari.

to Seeth, vide to Boile.

Seld, Scarce, not Often.

Rerus, Rara vel alba auis, nigroque simillima cygno
Phœnice rarior
Coruo rarior albo, Iuuen.

Seldome not Often.

Raro, σπανιῶς
Perraro. Rarius
Rarenter. Haud crebrô
Vix vnquam, Insolenter, Cic.
Rarissime. σπανιοτατα.

of himselfe, vide willingly and without helpe.

to Sell.

Vendere, πωλέειν, Diuendere
Venundare, Distrahere metaph.
Aera mutare. Dare pro vendere, Cic.
In caritate annonæ esse modium populo dedit.
¶ Nundinari & nundinare.

to Sell openly.

Mancipare & emancipare
ἐκποιεῖν, Extra domum suam ponere.

to offer or to put foorth, to Sell.

Væнum exponere
Inſcribere ædes, apud Terent.

to ſend away, vide **to put away.**
to Sent, vide **to Smell.**
to giue a ſentence or Iudgement, vide **to Iudge.**
to Separate, to Seuer, or to Part one from another.

Diſcernere
Diſcrimen rectum facere
Ponere diſcrimen, diſtinguere
Partiri, diſcriminare, Vide **to diuide.**

a Separation betwixt man and wife, vide **Diuorſe.**
a Seuering or Parting.

Dirimere coniunctionem, diſcindere diſſuere, diſiungere ius omne coniunctionis tollere, delere extinguere
Magno locorum interuallo diſiuncti ſumus
In ijs locis ſum, quo propter longinquitatem tardiſſime omnia perferuntur.

Separately, a Sunder, Seuerall.

Singulatim, Diuiſim
Priuatim, Seorſim
Seperatim, Seiunctim.

a Sierce, vide **a Sieue.**
a Serpent or Snake.

Anguis maculoſus
Serpens ſinuoſus
Variæ ſerpentum ſpecies ſunt.

Seps tabificus, Natrix.
Hæmorrois, Chelydrus
Cenchris, Scytale
Dipſas, Aſpis, Echidna
Cæcilia, Iaculus
Præſter, Coluber
Hydrus. Hpdra & Cherſydus
Vipera, Seraſtes, &c.

to Serue.

Famulum agere, δουλεύειν
Famulare ſeruire inſeruire
Miniſtrare, ὑπηρετεῖν
Miniſterium exhibere, præbere
Famulatum, familitium præſtare
Colere ſeruitutem, apud aliquem
Ancillare propriè de viris, qui præter dignitatem ſe alicuius ſeruitio ſubijciunt.

a Seruant, Bondman, or a Seruingman.

Miniſter, ὑπηρέτης
Seruus, δοῦλος
Puer, Famulus, Amyſterio
A pedibus meis, apud Terent. ſubintelligitur ſeruus, a **Lackie**
Fures pro ſeruis poſuit in Bucolicis Virgil.
Quid domini facient, audent cum talia fures, plerunque enim ſit vt furaces ſunt
Dietarij ſimiliter
Dromos frequens in Comœdijs
Cliens, Aſſecla
Pediſſequus, Mancipium
Verna, Vernula
Scoparius à ſcopando, apud Vlpianum Comes
Miniſteria pluraliter pro ipſis miniſtris, ſicut ſeruitia pro ſeruis, apud Saluſtium
Columella, ſeruus maior in familia.
The chiefe Seruant of all the houſhold.
Aditus & nexus apud Romanos & Iuriſconſultos, qui ob æs alienum creditoribus in temporariam ſeruitutem

uitutem addicebatur
Infimus famulorum seruus
Domas, mancipium, sponga.

a maide Seruant.

Famula, Ancilla
Pedissequa, παιδίσκη
Θεράπαινα, Abra, Verna
Mercenaria puella
Lotrix adularia, Ancilla agraria, agrestis, rurestris, rusticana.

Seruice, vide Attendance.

Seruiceable, or ready to please.

Dare se alicui, ἑαυτὸν ἐνδιδόναι
Obsequentem se præbere, inseruire, ministrare, accomodare, prodesse accommodare, obtemperare, adiuuare
Conuertere se ad sensum vel ad nutum alicuius.

to be Set aside, behinde the doore, to be cast aside out of the way, as not remembred or regarded.

Pascere tineas
Inter blattas tineasque rixari, apud Polit. in Misc. Sentire tineas
Tineas pati, apud Auson.
A tineis exedi, corrumpi, rodi
Obiicere tineis blattisque
Longa quasi rubigine neglectum iacens
Senili carie corrosum
Literarum figuræ carie ac situ obliteratæ, tinearum ac blattarum in iuris semirosæ.

to Set lesse by, vide to put backe.
to Set much by, vide Esteemed.
nothing Set by, vide of no Account.

a Setled minde.

Animus quietus, stabilis, excelsus, altus, sublimis, constans, præstans, firmus, tranquillus, æquus, ad omnia paratus, ab omni cura ac molestia vacuus.

to Set vpon, to assaile or encounter with.

Aggredi, Congredi
Concertare, Confligere
Adoriri, Incessare
Inuadere, Insiliri
Insultare, vide to Assaile.

to Set on, vide to Stirre vp.
Shackle, vide Fetters.
a Shadow.

Vmbra, Montibus densatur vmbræ
Apta pastoribus vmbra
Vmbra defendere rapidis à solibus vuas
Ingenti ramorum defenditur vmbra
Molli succedere sæpius vmbra
Ministra portantibus vmbra.

to Shake.

Vibrare, Quatere, Contorquere
Concutere, Crispare.

to Shame one, to make one Ashamed.

Pudefacere, Pudorem afferre
Pudorem incutere, Pudore afficere
Iniicere pudorem, ruborem
Violatæ castitatis aliquem traducere
Confundere in hoc significato prorsus barbarum est, denotat commiscere, simul fundere
¶ Pudefieri, to be ashamed.
Suffundi rubore, ad lachrymas vsque quod Græcis est, ἐντρέπεσθαι, αἰδεῖσθαι

Probrum & pudorem contrahere, to get both shame and blame.

to be ashamed, vide to Blush.
without Shame, vide Impudent, Shamelesse.

Impudens, ad impudentiam propenpensus, impudens, immodestus, im moratus, expers modestiæ, verecundiæ, induci, prudentiæ, rationis inconsideratus, immodicus, minimè verecundus, à pudore auersus, ad impudentiam pronus & propensus.

It is a great Shame.

Datur, ascribitur, imputatur probro vitio, crimini
Vitio vertitur, Datur dedecori
Turpe est, Vitio confine est
Vitio venit, Boet. Non abest à vitio
Non probatur in vulgus
In crimen vocatur, apud Cic. pro vitio vertitur
Flagitium est, It is an ill deed.

Shamefastnesse, Blushing.

Rubor, Modestia
Verecundia, Pudor, Frons
Confusionem, vulgus vocat
αἰσχυντία, ἐρυθρημα, vide Dishonesty
Pudor ubi t illum
Astuat ingens in corde pudor
Ponere, soluere pudorem, to put to Shame.

Shards of stones, vide Rubbish.
to make Sharpe, vide to Whet.
a Sharpnesse or Quicknesse of wit.

Animi viuacitas
Acumen ingenij
Sagacitas, Perspicacitas
Industria, Solertia
Industria, ἀγχίνοια
Acrimonia, ἀγχεονῦν
Dexteritas in rebus agendis, in exequendis negotiis
Vrgens, instans Chrysippeum acumen, vide Witty.

a Sheepe.

Ouis, πρόβατον, Bidens
Pecus, cudis, pro eodem, apud Quint.
Aries, a Ramme, Veruex
Greges lanigeri, apud Virg.
Pecudes lanigeræ
Tonsæ, apud D. Hieron. & alios probatos authores
Lanigerum pecus
Balantum grex.

a Shepheard, a keeper of cattell.

Opilio, Vipilio, Ouium custos
Pastor Armenti, Pecoris magister
Pecudum magister, Dux gregis
Formosi pecoris custos
ποιμὴν, Pastor ouium
Probatophylax, προβατοφύλαξ.

a Sheepe or a Fold.

Caula, Ouile
Ouium septa, αὐλὴ, Græcis.

to Shew, to Represent, to Set before the eies

Exhibere, Offerre
Proferre, προφαίνειν
Præ se ferre, δεικνύειν
Sub vel ob oculos, ante oculos ponere, προχειρίζεσθαι
Præsentare, Repræsentare
Monstrare, Demonstrare
Ostendere, Docere, Expromere
Oculis subiicere, Expromere.

In tabula seu in speculo repræsentare
Ante oculos adducere
Dare, pro ostendere, offerre, Ouid.
Da mihi te talem
Prastare, in eadem significatione
Artificii miraculum ostentare.

to Shew plainly, clearely.

Arguere, pro palam facere
Rem digito propemodum ostendere, designare
Veluti in tabella ostendere, palam facere
Compendiaria ratione demonstrare
Compendiaria via exhibere
Crasso exemplo ostendere
Ostentare ad Heb. 6. quod verius ad factum seu iactantiam refertur, Vide **to Declare.**

to Shew fauour, vide Fauour.

I will shew my selfe thy very friend.

Probabo me tibi esse amicissimum, nullum erga te officium hominis amantissimi prætermittam, meam in te non mediocrem, non vulgarem, eximiam, summam, singularem, incredibilem beneuolentiam, re declarabo, patefaciam: quouis officiorum genere testificabor, testatam apud te relinquam, tibi probabo
Sic officiis & studiis illustrabo, vt eam & tu, & omnes clarissimè cernant, & ea tibi atque adeo cunctis hominibus clarissimè pateant
Notior & illustrior meus in te animus erit.

Shew thy selfe a good Citizen.

Bonus ciuis esto, da operam, enitere vt bonum te ciuem præbeas, præstes, vt boni ciuis partes tueare, exequare, sustineas, agas, vt boni ciuis officio satisfacias, vt ea præstes, quæ bonum ciuem decent, quæ expectantur ab eo, qui bonum ciuis nomen aucuparis, caue ne boni ciuis officium prætermittas, ne quid à te fiat, committatur bono ciue minus dignum, bono ciue indecorum.

a Shield, vide Buckler.

to Shine, to be Bright.

Micare. Scintillare
Ardere. Renitere
Emicare. Clarere
Nitere. Enitere
Lucere. Relucere
Fulgere. Effulgere
ἐλλαμπρύνεσθαι. Confulgere
Fulgere. Splendere
Coruscare. Radiare
Rutilare. Irradiare
Tremulam flammam spargit
Purpurea luce refulget.

Shining, vide Cleare.

Ships.

Naues, Rates, Classes
Nauigia, Rates
Biremes. Triremes, Trieres
Quadriremes, Proræ Puppes
Carinæ Dicrota
Liburna, Liburnæ, & Liburnicæ, **ships of warr.**
Corbitæ, naues onerariæ
Phaselus, Puppis
Cercerus, med. prod.
Cercurus, apud Plaut.
Paro & myoparo, a **pyrate.**
Catascopium, vel epucopiæ nauis, a **Pinnace**
Carina, **the keele of a ship.**
Pristis, metaph. **a small long ship.**
Alueus, apud Propert. & Lau.
Nauis Salamina, prouerb. quæ prævelox
Lembus, **a boate.**

Celox, idem, sed breuior. Celotis
Acatium, a barge
Nauis actuaria, idem. Stiata
Trabs vasta. apud Pers. pro naue
Trabica. δόκις. Codicaria
Emperacta, a couered ship
Nauarchis, genere fœminino, & nauis prætoria, the Admirall of the nauie or fleete.

Shipwracke.

Naufragium. In immenso iactantur corpora ponto
Aguntur ventis tabulæ feriuntur ab vndis
Nauis sæuis acta madescit aquis
Disiectæ toto æquore classes
Irritam sine honore ratem agebat
Arma virum tabulæque & Troica gaza per vndas, Natant.

a Shipper or Shipman, vide a Mariner.

a Shirt or Smocke.

Interula. Camisia
Indusium. ἔνδυμα
Intusium, vt Varro scribit, quod intra plurimas vestes corpori adhæreat
Tunica ima
Subucula à Viue: pro camisita virili ponitur
Subucula collari rugato, a shirt with ruffes, apud eundem in colloquijs
Inducium laneum, a petticote.]

to Sigh or to waile, to desire feruently.

Gemere. Suspirare. Gemiscere
Ingentem gemitum dare ab imo pectore
Gemitu tectum orone replebat
Dare, trahere gemitum corde
Edere gemitum alto de corde
Spirat ab imo pectore
Ducere, referre, repetere, trahere suspiria
Haurire, mouere, versare suspiria
Luctus gemitusque sonabant
Inque domus, lachrymas angulus omnis habet.

to Shoot, to Hurle, to Fling.

Iaculari
Torquere contorquere hasta, telum, in latus, in aluum equi, in caput alicuius
Conficere iaculis sagittarum propugnatores, apud Suet.
Telo hostem deiicere
Traiicere murum aliquem telo, iaculo, hasta
Telum emittere, eijcere
Iaculo sagittam torquere, moliri
Sagittare, verbum à solis Neotericis vsurpatum
οἰςέυειν. Iaculo petere
Iaculo figere, ferire.

to Shoot cunningly, very well.

Bene, solerter. perite, dextre iaculari
ἐυςοχεῖν, ἐυςοχῶς βάλλειν
Iaculandi peritus sum
Sagittam vel iaculum collimare.

a Shooe.

Calceus. Hypodema
Calceamen. Calceamentum
Calcearium & Calcearius, apud Pli. pro calceo positum
Buxea, apud Plaut.
Carbatina & Sulponeæ, rustica sunt calceamenta.

a Shoomaker.

Calcearius. Calceolarius
ὑποδηματοποιός. Sutor
Solearius. Veteramentius

a Shoo-makers Last, vide a Forme.
a woodden Shoe, vide a Patten.
a Shore, vide Piller.
Short, Briefe.

Succinctus, Breuis
Compendiarius, Pressus
Circumcisus, Laconicus.
Compendiosus, ἐπίτομος.

Shortly, Briefely, with few words.

Breuibus, Paucis, Breuiter
λακονικῶς. Laconicè
Contractè, apud Eras.
Carptim, Succinctim
συντόμως ἐπικεφαλάιως
Succinctè, Collectim
Summatim. in summo
ἐπιτροχάδην & ἐπιτροχάδην.

Shortly, within these few dayes.

In breui temporis spacio
Breui, Caue hic dicas breuiter
Breui tempore
Breui temporis curriculo
Exiguo temporis cursu
Breui temporis intercapedine
Breui admodum
Primo quoque tempore dixit Cic. & Bud. Quàm primum
ἀτίκα δὴ μάλα
Propediem, Protenus.

Short winded.

Suspiriosi, Anheli
Anhelatores, Asthmatici
ἀσθματικοὶ
Dyspneici, Orthopneici

a Short communication or talke.

Sermo breuis, succinctus
Compendium, Micrologus
Micrologia, sermonis breuitas
Laconismus, λακωνισμὸς
Breuiloquentia.

to Shorten, to make short.

Breuiare, Breue facere
Abbreuiare, Coarctare
Contrahere in compendium
Rerum gestarum summam texere
Conferre in pauca, Perstringere
Latè supra in arctum colligere.

Showre, vide Raine.
Shroue tuesday.

Bacchanalia, Liberalia
Bacchiorgia, festa, Dionysia
διονύσια, Ferię Dionysiacæ
Saturnalia, Dies Saturnalitij
Dionysiaca festiuitas
Geniales dies, voluptuarij
Dies epularum, conuiuij, lætitiæ
Carnispicium, Carniualia
Festum pensardi, vt Louonij vulgo dicunt.

to Shut up, vide to stop up.
to fall Sicke, to get a sickenesse or disease, to become weake, faint, or diseased.

Morbum contrahere
Contrahere valetudinem aduersam
Alere morbum
Insolentia mutari, aeris, morbum trahere
Crebris pharmacis vires nimium exhaurire
Nimio obscœnitatis vsu vires corporis attenuare

Vires deficiunt aliquem vel alicui
Debilitari, ἐξασθενεῖν
Languescere, Elanguescere
Viribus deficere
Aegrescere, Frangi
Ad languorem vsque debilitari
Imbecillis fio
Morbo corripi, affici
In morbum incidere
Corripi valetudine aduersa.

to be Sicke or ill at ease, to lie Sicke in his bed.

Male habere, Male valere
Cubare, apud Horat.
Aegrotare & infirmare in sacris literis frequentius
Ἀρρώστως ἔχειν, Laborare
Languere, Elanguere
Lecto defigi, Lecto decumbere
Grauiter habere, Affligi
Cum medicis rem habere
Incommodè habere
νοσεῖν, ἀσθενεῖν, πονηρῶς ἔχειν, κακῶς ἔχειν
Affectis esse corporis viribus
Aduersa haud prospera, infœlix mala, infausta, parum fœcunda, parũ prospera, pèrquàm incommoda, haud sane commoda, esse valetudine
Differri doloribus, Terent, pro vexari, cruciari
Aegritudine corporis laborare.

Extreamely Sicke.

Morbus, lues in omnia dicitur in mẽbra grassari, illabi per ossa in medullas, toto vagari, peruagari corpore, omnes carpere artus
Conflictari morbis variis & tenacius. Sueto. Grauiter, multum, valdè, malè habere
Grauiter, acerbè discruciari
δεινῶς βασανίζεσθαι, Math. 8.
Ab animo bene habere, à corpore autem pessime
Conflictari valetudine iniqua, nouissima, Plin. & Budæ
Morbi acerbitate, graui corporis morbo teneri
Affici grauiter
Ad desperationem Medicorum ægrotare, laborare, est Medicorum sententia damnari, vel vitæ non diuturnæ adiudicari.

to fall Sicke againe.

Incidere in morbum de integro quod vulgo dicitur. Reciduari, Cic.
Grauius ægrotant hi, qui cum leuari morbo videntur, de integro inciderunt
¶ Morbus aggrauescere, ingrauescere dicitur, to waxe more sicke.
¶ Dare ad languorem, to cause sickenesse
Intensa studia caput dant ad languorem.

Sickelinesse, vide Weakenesse.

a Sickle, a Sithe.

Falx messoria, fœnaria
Falcicula, Secula, δρεπάνη
Hama apud Plin, ἄμη.

to goe to sit Side by Side.

Claudere latus, siue dextrum siue sinistrum frequens, Eras.
Tegere latus, pro eodem, apud Hor.
Stipare alicui latus
Ire ex latere, Esse à latere
Adhærere lateri, aut dextro, aut læuo.

of Sharpe and quicke Sight.

Perspicax, Oculatus
Lynceus, Perspicacior Lynce
Acutum videns, cernens, Horat.
Argus, prouerb.
Lynceos habens oculos
Lynceum acumine vincens
Odulatio, Aquilino oculo cernens
Serpentis oculus, prouerb.

Lumi

Lumina habens aquilinis, magis cla-
ra, quibus vel lynces vincere possit.

to Sigh.

Suspirare, Ducere suspiria
Petere altè suspirium
Imo de pectore, grauiter gemitus age-
re, Dare gemitus, reddere
Magnum sub imo corde premit ge-
mitum.

In the Sight of the eyes.

Toto mihi illi regio in cubiculo meo sedenti erat in conspectu, ante oculos erat, in oculis erat, sese oculis versabatur, egregiè patebat, vide openly.

a Signe or Token.

Signum, Indicium
Argumentum, Portentum
Presagium, Prognosticatio
Ostentum, Monstrum
Augurium, Auspicium.

to Signifie before any thing happeneth, to shew what will follow, before it come.

Præsagire, Portendere
προφαίνειν, Significare
Nunciare, Prędicere
Demonstrare
Sgnificare aliquo prodigio
Pręponere, Speciem futuri præministrare
Minari, Minitari
Spondere, Polliceri
Promittere ad planetas, vel sydera relata, Vide betoken.

to command Silence or Peace, to stop ones Mouth.

Silentium imponere, imperare, facere, incidere, ἐπιστομίζειν.
Obdere imponere ore frænum
Reddere, Harpocratem, apud Catul.
Suffrenare, Supprimere
Obturare os Ora premere
Os loquentis opprimere, Ouid.

I will keepe Silence.

Non faciem vt dicam, tanquam relinquam, tantus præter mittam, tantus transibo, tacebo, silebo, silentio inuoluam, percurram, prorsus hoc emittam, abstinebo, oratione mea non attingam, verbum non faciam, sermonem hac de re nullum habeo, Vide peace.

Simply, Plainely.

Planius, Apertius
Simplicius, Apertè
Crassè, Intelligibilius
Pingui, crassè, Intelligibilius
Pingui, crassa, Minerua, quod grossa vel largo modo vulgus dicit πλάτε. Pingui formula
Crassiore mula, παχυτέρῳ μέσῃ.
Planius ac rudius
σαφέστερον καὶ ἀμαθέστερον.

Sincere, vide Upright.

to Sing.

Canere, ᾄδειν
Struta cantare auæna
Canere carmen, cantionem
Cantare, Modulari
Edere ore sonos, modos
Psallere, ψάλλειν
Ludere calamo
Dicere carmina
Inflare calamos
Dulci sono complere æthera cantu
Mulcere blandis modulantibus aures
Auiculæ præterea vertant, cantillant
Volucres cantu æthera mulcent.

to Sing alwayes one song, to be alwayes in one tale, to be euer harping vp-on one string.

Eadem canere cantilenam
Cuculi carmen canere
Sæpius dicta repetere.

Singular, or Speciall.

Singularis,	Præcipuus
Maximus,	Summus
Eximius,	Vnicus
Primus,	Potissimus.

to Sinne, to Offend.

Committere peccatum
Offendere Deum
Peccare, ἁμαρτάνειν
Labi in peccatum
Contrahere noxiam
Grauius aliquid admittere
Flagitium aliquod admittere. **to commit a wicked offence.**
In terra collabi facinora
In grauia incidere crimina
Contaminare se culpa, maleficio, humanis vitiis
Innocentiam in baptismo receptam facinoribus contaminare
Peccata peccatis accumulando iustam Dei iram se incitare
Iram Dei offensionibus Contrahere, in nos prouocare
¶ Errare, Cadere
Delinquere, **to doe amisse**
Impingere, πταίειν, de minutulis & leuibus
Ex surreptione & imprudenter committere
Mundi inquinamentis contaminari.

to Sinne againe, to returne to his former faults.

Relabi, recidere in præterita scelera
Redire ad vomitum instar canum
Retrahi, Reduci, reuolui in pristina peccata
Instaurare offensam
Pati reciduam
In eundem lapidem rursum impingere, pedem offendere
πρὸς αὐτὸν εἰ προύειν λίθον
Culpam eandem iterum atque iterum committere
Relabi in extirpata vitia
Iterare culpam, scelus, flagitium.

Originall Sinne.

Originalis macula
Parentales labes
Peccatum originale
Primogenia noxa
Reatus nascendo contractus, vt loquitur D. August.
Contagio originalis noxæ.

Sinople, vide Red colour.
Sith that, vide Because that.
a Sieue or a Sierce.

Subcernicum, Subcerniculum
Cribrum farrinarium, excusorium pollinarium
Cribrum seraceum.

the Skie, vide Heauen.
vnder the Skie, vide vnder the firmament.
to Skirmish, vide to Fight.
Skilfull in warlike affaires.

N. Bellicę artis peritissimus, in re bellica in rei militaris scientia, in bellis gerendis callidissimus, calliditate vaferrimus, versutissimus, astutissimus fuit, vafritia, calliditate, versutia, astutia, astu, arte anteiuit, antecellit omnes.
Præstitit, antecelluit, superior fuit omnibus

Parem habuit neminem
Nemo cum illo conferendus, comparandus, æquandus
Quis perfectam belli gerendi artem, rationem, vt ille, tenuit, obtinuit, calluit, nouit, possidit, consequutus est. Vide Captaine.

Slacke or negligent in doing his office.

Frigere, Oscitare, Cessare
Claudicare in officio. Desidere
Dormitare. Dormire
Præterire officium
Oscitanter agere partes suas
Remittere de diligentia
Industriam ponere
Indormire in re aliqua
Mandragoram bibere, pro cessare in officio, doctis vsurpatur
Ponere omnem de aliquo sollicitudinem
Resuperari. Non solitum esse
Ordinem deserere
Deses, remissus, supinus sum, animo nec strenuo, nec vigilanti arrecto que, ἀναπίπτειν
Negligere. Non curare
Nulla vel parua cura tangi
Indormire causæ, Cicero: An facies admouēdæ sunt, qui te exitent tantæ causæ indormientem
Restare, socordem esse in via salutis
¶ Curare rediuiam vel reduuiam apud Cic. pro versari in lenioribus negotijs, neglectis grauioribus negotijs.
Est autem carunculam quæ vnguibus supernascitur circundare

Slaine or killed.

a Slaue a Bondman.

Seruilis. Subiugus homo.
Ægyptius laterifer.
αἰγύπτιος πλινθοφόρος
Scoparius. Verna
Vernacula. Spongia domus
Lixa, a scullion.
Calo, onis, a slaue or a souldier.

to Slea, Vide to Kill.

a Slead vide Dray.

to Sleepe, to Repose.

Dormire. καθεύδειν
Dormiscere-Requiescere
Dare se somno
Sopire. Soporare
Capere vel carpere quietem placidam.
Fessa membra placido leuare somno.
Cubare, Incubare in lecto
Incubare thoro, Virg.
Somnum carpere vel soporem
Tacitu concedere lumina nocti
Alterna requie lassitudinem, corporis inastaurare
Fatigata membra quiete releuare, leuare.
Fronde sub arborea quietem corpore.
Agere q[illegible] ro dormire, apud poet[illegible] quem[illegible] dmodum accipere noctem
Corpor[illegible] deponunt arboris altæ.
Blanda quies furtim victis subrepsit ocelis
Sopitum esse, Somno detineri
Quiete corpusculorum vires reficere, Acquiescere
Ducere somnos vel somnum, Virg.
Conquiescere. Cubitare
Obdormire, Quiescere
Somnum carpere
In scamna & scrinia reclinare capita & ceruices.
¶ Meridiari. ἐνδιάζειν
Dormire in meridie

to

To bee fast asleepe, or to bee in a dead or sound sleepe.

Dormire altum, altè, profundè
Altum stertere, apud Erasmum.
Graui somno teneri
Arcto, arctiori, arctissimo quiescere somno
Alto nimis detineri sopore
Altissimo somno premi
Profundo somno consopiri
Altam dormitationem dormire
Dormire arctè & grauiter, Cic.
Ad lucem denique arctè & graviter dormire, cepisse
Et sopor altus aliquem habere dicitur. Virg.
Alitum pecudumque genus, sopor altus habebat
Endymionis somnum dormire
Lethæo rore soporatus

Sleepe soundly without care or sorrow.

Suauiter dormire, sine cura
In dextram aurem, in vtrumuis oculum conquiescere
Suadet placidos nox humida somnos
In vtramuis autem dormire
Somno indulgere & stertere
Securitate indormiscere
Cura nulla tangi
Cubare supine
Carpere, Captare, Ducere, Petere, Inire, Trahere somnos
Securos somnos capere
Ociosè, suauiter dormire dicitur curis omnibus solutus, sollicitudine vacuus.
Porrectis vel sublatis dormire pedibus, secula & otiosa quiete.

To sleepe out his wine, or to sleepe himselfe sober againe.

Edormire, edormiscere crapulam, vinum dormiendo excoquere
Somno profusiore exhalare crapulam
Digerere vinum quo quis madet
Plautus: Obdormiui omnem crapulam dixit, id est, concoxi
Despumare Falernum, apud Per.

to make or to bring a sleepe.

Soporare, Sopire & consopire, significant soporem inducere, inscitare soluere oculos in somnum
Spargere somnos, quod medicamentis quibusdam portionum sit &, quarundam virtute herbarum
Caput leui tactu facundè somnulum elicere
Somnus labitur in artus
Quies surripit. Sopor subit
Somnus redit, alit, tenet, habet
Mulcet, mouet, capit, occupat
Velat amictu, premit oculos

to stay from Sleepe. Sleepy, sluggish, dreaming, drousie.

Somniculosus
Somni plenus
Grauibus oculis
Somnolentus, vulgo dicitur
¶ Et somnolentia, sopor, languor

Sleepe, Drowsinesse. To let or keepe him from sleepe, to Disquiet or trouble one that is about to sleep.

Somnos arcere, abducere, recipere
Expellere, Excutere, Fugare
Discutere Adimere
Quietem turbare
Soporem clamore soluere, remouere

Pare-

Patefacere oculos, somno
Sopore succumbere, languore solui
Vinci somnus fugit, discendit
Destituit, fluit, declinat
Impedire quietem
Nullam quietis partem neque diurnæ neque nocturnæ impedire
Infestare somnum alicuius & perturbare
Nullam dare quietem, requiem
Interpellare alicuius quietem
Obstrepere dormit vrienti
Aeramentorum sonitu quieti alicuius remoram facere.

Slender, Thin, Small.

Gracilis, Tenuis
Strigosus, Subtilis
Exiguus, Exilis
Petilis, λέπτος, vide Leane.

to make Slender or Thin.

Attennare, stringere remos, Virg.
Tenuare, Extenuare.

to Slide or Slip away, vide to goe away.

to Slide downe, vide to Fall downe.

a Slipper, vide Pantofle.

Slow, Slothfull, Dull, Idle, Sluggish, Drousie.

Ignauus, Supinus, κατεβλακευμένος
Ignauiter, supinè se habens
Fucus, Metaph.
Socors, Secors, Piger
Reses, Lauis homo
Iners, νωθρὸς
ἐξίτηλος, Metaph.
Desidiosus, Segnis
Deses, Cessator
Serus, Tardiusculus
Torpens, Frigidulus
Suffrigedus, Languidus
Oscitans, Oscitabundus
Manus conferens, Torpidus
Lentus negligens
Discinctus, metaph. Grauis
Cunctator, Tepidus
Fracidus, Murcidus, apud Plaut.
Socorditer, indiligenter agens, that hath no care
Arcadicum germen, great and slow
Pulmo prius venisset, apud Plautum, famulum lentum obiurgantem
Mulieris podex dicitur ignauus, prouerb. γυναικὸς πυγὴ, Vide Negligence.

Slothfulnesse, Idlenesse, Sluggishnesse, Drousinesse.

Inertia, ignauia, Desidia
Topor, Languor, Torpedo
Socordia, Veternum seu veternus
Pigritia, Oscitantia
Otium, in malam partem, pro pigritia, νωθρότης
Lentitudo, Tarditudo
Somnolentia, Negligentia
Segnities, & Segnitia, Pigritas
Pigrities, Pigritudo, Tarditas
Acedia, Remissio, Pigredo
Remissitudo incuria, Vide Negligences.

Slothfully, Sluggishly, Slowly, Lingringly, or Softly.

Segniter, Cunctanter
Ignauiter, Oscitanter
Lentè, Languidè, Gradatim
Tardè, βραδέως, Pigre
Ductim, Pedatim, Tractim
¶ Pedetentim, Paulatim
Composito gradu, σχέδην
Pedepressim, Sensim, Cunctanter
Languidè, Lento gradu
Testudinis instar, Pigrè, Lentè.

to

to Slumber, to Sleepe.

Dormire, Obdormiscere
In soporem concidere, Dormitare
Nutabundo seu nutanti capite dormire, Oscitare
¶ Soluere oculos, lumina in somnum
Solui in somnum.

to Smacke, vide to Taste.

a Smatterer in learning, or Nosewise.

Sciolus, Nasutulus
Dicaculus, Literatulus.

to Smell, to Sent, or to Sauour by nose.

Olere, Redolere, ὄζειν
Iacere odorem de corpore
Spirare, emittere odorem
Olfacere, Odorare & ri
Diuinum spirare odorem
Multo odore fumat aër
Nare, haurire odorem
Lactare odorem
Olfacere, Fragrare, Obolere.

to Smell, or Sent sweetly.

Arabicè olere, ἀραβικῶς ὄζειν
Bene, iucunde, amœne, Arabicis odoribus olere
Vnguenta exotica olere.

a Smell-feast, vide Guest.

a sweet Smelling salue.

Vnguentum, Aroma
Odoramentum.

to Smite, vide to Beat.

a Smocke, vide a Shirt.

to make Smooth, vide to Plaine.

a Snaile.

Limax, Limaca, cæ
Cochlea, Testudo
Domiporta φερέοικος, apud Hesiodum, limacis epitheton.

a Snare, vide a Trap.

Sneeuell, or the snat or ilith in the nose.

Mucus, Myxa, μύξα
Mula pituita nasa, Catul.
Pituita crassior, Phlegma
Cholera, Bilis, Cic.
χολὴν ἀκρατον, noctu eiici
Humor è naribus fluens
Excrementa vel recrementa narium
Qui muculentis naribus mento salinis vuido, Prud.

a Snipe, a Snite, a woodcocke.

Turdulus, Turdus, κίχλη
Ficedula, συκαλίς
Atticapilla, μελαγκόρυφος nonnullis Eccedula dicitur, aliis Gallinago.

to Snort, to Rout.

Stertere, ῥέγχειν
Altum stertere, Ronchissare, apud Plaut. Ducere ronchos.

to Snuffe the candle, vide Weeke of the candle.

So so.

Vtcunque, Quomodocunque, Sic satis
Non nihil, Aliquantulum.

So be it, or let it be so.

Esto, ἔστω, Pone esse
Pone esse victum eum, Terent.
Donemus, demus hoc
Hoc mihi detur
Fac ita hoc esse factum
τοῦτο γενέσθω

Fac ita esse, pro quo barbari
Cape seu pone calum.

Sober.

Zenone intemperantior, moderatior
Zeno, Zenocrates. Curius
Minimis vltimisque contentus
Abstemius. Nephalium lignum
Parcus. Temperans
Frugalis, Moderatus
Sophron, σώφρων
Sobrius, μονίας
Rarum quoddam veteris parsimoniæ exemplum Siccus
Siccus apud Ciceronem : Vtrum hæc vobis videntur consilia succorum an vinolentorum somnia
Siccaneus idem.

to liue Soberly.

In abstinentia nimis quam acerba viuere
Morbum abstinentia frangere
In abstinentia maximā vitam degere
Iniicere fręna intemperantiæ
Tenuiter victitare
Salem lingere. ἁλαλείχειν
Thymbra victitare
Salem & causam edere
Vitam ducere doliarem
Frugi viuere.

Sobriety, Modesty.

Temperantia, σωφροσύνη
Abstinentia. Frugalitas
Continentia. Modestia.

Sodainely.

Subito. Subitane
Repentè, Raptim, Improuiso
Inopinatè, Vide vnthought of.

a Solemne sight, or a Boasting shew.

Pompa. πομπὴ
Apparatus, Magnificentia
Ostentio theatrica
Fastus, Strepitus, Metaph.

Softly, Leasurely.

Sensim, Paulatim, Lentè
Pedetentim, Vide slothfully.

Solace, vide Comfort.
to bee sold.

Vendi, passiuè, Venire
Venum ire, πωλεῦμαι.

Sommer, sommer time.

Aestas. Aestiuum tempus, dies
Medios cum sol accenderit æstus
Puluerulenta coquit maturis solibus æstas
Mox frondosa recluditur æstas
Aestiui tempora sicca canis.

Sometime.

Interdum, Aliquando
Aliquoties, Nonnunquam
Quandoque, Olim, Alicui
Tum pro aliquando apud Cic.
Tum hoc, tum illud agere
Alias in eodem significatū, apud Gel.
Interim pro eodem
Modo In ratione geminatum.

Soney, vide Lucky.
Sonnes, Boies, Men children.

Filij. Liberi
Nati, Gnati, ὑιος.

Southsayings of good or ill lucke, vide Diuinations.
Southsayers.

Diuini, Diuinaculi, Arioli
ἐγγαστρίμυθοι. ἐγγαστρῖται.
Aruspices. Auspices
Pythonissæ, Pythonici qui Apolline pleni, id est, qui instructu dæmonitis futura coniectant
Geomantes. Pyromantes

Sope.

Sapo. Borona
Smegma, σμῆγμα
Marriaca pila, apud Mart.
Spuma caustica.

Sorcery, vide Witchcraft.

Sorrowfull, Carefull.

Sollicitus. κεδνὸς
Anxius. Scrupulosus
Sollicitudinis plenus
Inquietus animo, Vide Sad.

Sorrowfulnesse, Carefulnesse, Anguish or Griefe of mind.

Anxietas. Sollicitudo
κεδνότης. Cura. ἐπιμέλεια
Scrupulus, Angor
Mentis inquietudo, Æstus
Cura animum discrucians.

of this or that sort, vide such manner.

a Sore enemy, vide Foe.

Soueraignty, vide Lordship

Soulder, Paste.

Plumbatura. μολύβδωσις
Ferruminatio Glutinatio
Glutinamentum. Ferrumen
Santerna, Gold solder, vide glew.

to Soulder.

¶ Ferruminare
Consolidare. Conglutinare.

Souldiers, Men of warre.

Milites. Stipendiarij
Castra sequentes
Studentes rebus bellicis
μισθοφόροι. Ærarii
Armigeri. Doryphori
Lonchopori. Lanciarii
Hastarij Fundibularii, & funditores
Sed operarii, Marmobarduli. Balistarii, Gunners
Parmularii, Peltastæ
Scutiferi, Scatari
Scuti gerili. Sarissophori
Ferentarii. Rorarii
Veilites, Light horsemen
¶ Pedites
Pedibus militiam exercentes
Copiæ pedestres. Peditatus
Agmina pedestria
Exercitus pedestris, footemen.

chosen Souldiers.

Milites delecti
ἀπόδεκτοι. Egregii
Eximii. ἔκλεκτοι
¶ Contra milites gregarii, lost Souldiers.

discharged Souldiers, or put out of wages.

In ordinem redacti, Ære diruti
ἐντεταγμένος, Ex authoritate
Extraordinarii.

old worne Souldiers.

Rudiarii, apud Suet, Rude donati
Milites emeriti. Veterani
Veteratores, Emeritæ militiæ
Dimissi ob officio, qui iam ob senium
impetrarunt missionem
ἀποταξάμενοι.

sea Souldiers.

Classiarii milites
Milites in naui merentes eamque propugnantes. ἐπιβάται
Epibatæ qua dictione, apud Latinos
Iurisconsulti vsi sunt.

an Expert and valiant Souldier.

Miles strenuus, bellandi peritus
Expertus militari industria conspicuus
Armis consilioque valens

Bellicosus

Bellicosus, Animosus
Summam habens artis militaris peritiam, Marte satus
Ingeniosus in apparatu militari
Præpollens viribus
Industria militari præcellens
Martis, vel Martius pullus, Prouerb.
ἄρεως νεοττός.
Consilio simul & facto valens
Agamemnon, Euryalus
Vir in armis strenuus, & nostri seculi velut alter Achilles.

to be a Souldier.

Merere cum datiuo, ablatiuo, vel accusatiuo, apud Suet.
Militare, Castra sequi
Equitis stipendia facere, merere
Armatus sequi militiam
Latrocinari, pro mercede militare, Plaut.

the Soule or spirit of man.

Anima, Animula
Spiritus, πνεῦμα
Animus pro anima frequenter ponitur apud authores, sicut anima pro mente, habet namque anima secundum operis sui officium nomina varia
Anima equidem dicitur dum vegetat, Spiritus dum contemplatur, Sensus dum sentit, Animus dum sapit, Mens dum intelligit, Ratio dum discernit, Memoria dum recordatur, Voluntas dum vult, Differunt enim nominibus tantum, non substantia
Animam proiicere, effundere, to kill himselfe
Animam debet, hee oweth more then he is worth.

Sound, vide Whole and safe.
a Saund, vide Noise.
South winde.

Auster ventus pluiarum pincerna vocatur D Dio Græcè Notus νότος. procellosus turbidus, imbrifer, madidus, pluuius, humidus.
¶ Euro auster, φοινικίας, Syrocus. Southeast.
Libonotus, austroaphricus, Southwest.

to Sound, to be Astonied, to fall in a sound.

Deficere, Intermori
Euanescere in leues auras
Animo deficere
Exire in auras, cedere, dilabi
Linqui animo
Tenues recessit in auras
Animi vel animæ defectum, deliquium sustinere
Concidere in mentis defectum
Extinctæ animæ speciem præterferre
ἐκλύεσθαι
Pati, λειποθυμίαν. deliquia
Est frequens apud Comicos
Nullus sum totus occido
Concido Perij
Deficit animus
Labesco, Deest sensus, spiritus
Genua labant, succidunt, me decerunt, trepidare occidunt
Cor metu palpitati in pectore salit my heart beateth or panteth for feare.
Tam perijmus, quam extrema (quoad dici solet) fabula, we are lost or undone.

a Sowning, or Fainting.

Syncopi, deliquium Latine dicitur, vel defectio seu defectus animi
Lypothimia, Lipopsychra
Syntexis, quam alij syndex appellant
Insuper talem animi defectionem sustinentes vocatur sentectici
Defecti, Sypoplyci
Lypothymici.

In diliquio aspersa in faciem aliqua ad sui sensum reuocari syntecticos tradunt medici.

to Sowe Land.

Serere σπείρειν.
Semen peragere
Seminare, Facere sementem
Sementem iacere
Spargere
Serere terram frugibus
Conserere agros
Fœcundis committerre semina glebis
Committere semina sulcis aratri
Semina terræ. Humo mandare
Vnde vulgo, Quisquis grauatur sementum facere, non metet
Venit sub terras semen aratas
Iactare Cererem in aruis
Alere semine fruges
Mandare hordea sulcis
Sulco serere
Semina terræ dare, mittere in solum
Humum, mandare arenæ
Humo ponere, condere, credere, committere sulcis terræ
Humus molit semina
Tempus perducit semina in aristas
Terra persoluit semina
Reddidit semina ager

Sowre vide Bitter.
a Sowre face vide Cruell.

a Space.

Spacium. Interuallum
Intercapedo, Distantia

within a little Space, vide Dates.

to Spare costes.

Sumptum effugere
Impendio parcere
Sumptibus parcere
Rationem habere sumptuum
Consulere expendendis
Exiguè sumptum præbere, vide Sparing.

to Speake, to Talke, to Say.

Fari, Loqui
Edicere, Plin. Facere verba
Sermone vti, Differere, Edisferere
Effari, Referre, Exprimere
Emittere verbum
Iactare voces, spargere, mittere, rumpere
Verba habere, Reddere
Dicere, Eloqui ornatè, copiosè, eleganter
Rotundo ore loqui, to talke finely or sweetly.
Dare dicta, Virg.
Hæc vbi dicta dedit
Vocem reddere
Verba proferre, fundere
Effundere pectus, effundere verba.
Orationem habere
Sermonem facere, habere
Promere vocem, vel mittere
Fundere loquelas, Poët. virg.
Funditq; has ore loquelas
Sermone frui
Aedere vocem
In vocem, in verba erumpere
Verbis agere, Volutare voces
Adijcere absolute
Atque hæc adijcit
Ferre voces pectore, Virg. non aliter loqui atque cogitamus.

to Speake, to Commune or talke together.

Miscere sermones, verba
Cum aliquo verba facere
Colloqui, ὁμιλεῖν. Conferre προσδιαλέγεσθαι
Implere dictis diem
Colloquium miscere
Trahere sermonibus noctem
Cædere sermones apud Teren.
Mutua conferre colloquia
Fallere sermone horas
Familiariter sermones conserere.

Congredi

Congredi, Conuenire, to communicate
Vario viam sermone leuabant
A cœna garrire ad foculum
Nugari apud amiculos
A poculis congerronum more, ludicra effundere alter in alterius sinum, vide to talke with one
Nugo, Nugator, Congerro, Confabulo, Rabula, a Pratler or Babler.

to Speake without reason.

Dare vel reddere sine mente sonum
Nulla in loquendi ratione vti
Abiecta omni moderatione & rationis temperamento loqui
Verba carent pondere
Quid memorem, onero variis tua pectora dictis
Contra fumum ora repandere.

to Speake faire, to flatter, to giue faire words.

Permulcere mitibus verbis
Animum demolire, leniorem reddere
Blandiri
Blanda loqui, Dare dicta dulcia
Blande dicere, loqui
Mulcere dictis, Subblandiri
Blandis verbis inuitare ad propensionem
Fidem fari ad aurem
Loqui ad gratiam
Loqui ad voluptatem, apud Cic.
λαλεῖν πρὸς ἡδονὴν
πρὸς χάριν ὁμιλεῖν
Auribus alicuius dare, vel seruire & assentari quodammodo
Fingere sermonem ad voluptatem alterius, Cic.
Fingere se totum ad arbitrium, ad animum, ad voluntatem, eorum qui audiunt
Desideriis alicuius inseruire
Aurea verba loqui, vel placentia
Pulchrè dicere
Dictis affari amicis
Aliquid perauraro resoluere ore
Hæc placido si credidit ore
Blandis morari aliquem vocibus
Ore amico effari
Cum dare non possem munera, verba dedi, χρηστολέγειν
Eblandiri, pro blanditiis exprimere, impetrare, vide to Flatter.

to Speake well of one, vide to Praise.

to Speake freely, plainly, or stoutly.

Libera vti lingua
Affari voce superba
Effundere voces ex pectore
Tales effundi ad æthera voces
Audacter, liberè, ingenuè aperto pectore, ex æquo loqui
Adest pondus verbis
παρρησιάζειν
Dare audaciam verbis, Ouid.
Dicere apertè, animo præsenti, intrepidè
Verba nullo pondere cadunt
Nimia loquendi abuti licentia
Liberè, tutò, incircumspectè loqui, effutire
Nimium dicere, Mart.
Bizeni vti libertate
Quicquid in linguam venerit, quicquid forte fortuna in animum inciderit, effundere
Quicquid in pectore conditum, in apertum proferre
Dicimus præterea, Diffluere labia, vbi quid liberius, incircumspectius & temerè effutimus.

to Speake obscurely, or darkely.

Ambagibus, verborum inuolucro vti, perplexè loqui
Imo trahere à pectore vocem
Ad rem non pertinentia commemorare.

Medio interfari dolore
Agere ambages, apud Plaut.
Verba implicare, & causæ cardinem non attingere
Mœstas expuere voces
λόγους ἐπιτρέφειν
Gemitu verba reddere
Suffugere
Lachrymis effari abortis
Diuerticula quærere
Edidit ore tremente sonos.

to Speake or vtter foolishly or vnaduisedly, to babble or prattle.

Blaterare, λαλεῖν
Ineptire, Deblaterare verba nullius ponderis
Temere, inconsideratè, stultè, & sine iudicio loqui
Dare dicta in aliquem
βαττολογεῖν ληρεῖν
Futire, Effutire, Nugari
Gannire, metaph.
Citra delectum verba profundere, fundere
σπερμολογεῖν, ἀμετροεπεῖν
Ludificare nugas
Garrire, Vana loqui
Inaniter loqui
χρυσοχυτρολήρειν
Stultè nugari
¶ Quicquid in buccam, quicquid in linguam venerit, quicquid fortè fortuna in animum inciderit effundere.

to Speake ill of, vide to Detract.

Speake no more of this, or Enough of this.

De his satis superque
De his satis ac supra
Hæc de istis dixisse sufficiant
De his hactenus
Hæc sufficit paucis attigisse, grande ne nobis saxum voluendum restat
Alias latius his de rebus
Satis habeo dictum sic
Facessam procul istiusmodi.

to Speake false Latine.

Barbarè loqui, βαρβαρίζειν
Rusticè, imperitè, inquinatè, asperè, duriter, crassè, illotè loqui
σολοικίζειν
Loqui conquinario culinario, popinario modo
Opicè loqui, ab Opicis Campaniæ populis, qui Græce nesciebant
Oscè loqui
Illatine loqui & ineptè
Deprauatè loqui
Latinitatem tanquam ollas frangere
Culinaria elegantia vti.

to Speake out, vide to Pronounce.

I cannot Speake or talke.

Vox faucibus hæret
Fari nequeo
Lingua hæret metu
Verba me deficiunt
Loquela intercipitur strictis pauore faucibus
Rauca dimouit talibus ora sonis
Vox penitus elanguit
Voce destituor
Exanimor, Concido
Perij, apud Comicos
Exanimatus sum
ἐξέσθανον
Vox dolore concluditur.

a Speech, a talke.

Sermo, Idioma
Lingua, Loquela
Fama, vide talke.

a Speare, vide Pike.

a paire of Spectacles.

Ocularia Conspicilla
Oculi vitrei, apud Eras.
Τῶ ὄμματ' ὑάλινα
Specilla
Vitrea perspicilla
Vitrum oculare.

to make Speed.
with great Speed, vide **Haste.**

Speedily, vide **Hastily.**

Speedy, vide **Swift.**

to spend, to bestow costs.

Facere sumptus, impendia, impensas
Sumptus accipere, suscipere, vel ponere
Conferre impendia
Sumere. pro impendere, apud Ter. similiter suggerere sumptus
Impendere sumptus
Præstare sumptus, apud D. Hieron.
Suppeditare sumptus vel sumptibus
Tolerare sumptus
Impensas, impendia sustinere
¶ Amplos magnificosque sumptus facere, impendere
Prolixum facere sumptum, vt bos apud aceruum, prouerb.
Res profundere superbiæ ac ostentationis causa
Aerarium alicuius effundere, exhaurire. pro euacuare, Cic.
Boues immolare
βουθυτεῖν, **to spend riotously and wastefully**
Ampliter sumptum facere
Pecuniam conijcere, profundere in porpylea
In medicos magnam pecuniæ vim, totum profundere aurum
In alicuius rei impensas, opes suas absumere. Vide **to consume**

to Spend according to his rents, to cut his coate according to his cloth, to spend after his abilitie.

Pro quæstu sumptum facere, apud Horatium, suo se pede metiri, vt est apud eundem
Sumptus quotidianos reditibus metiri, pro modulo facultatem sumptum facere
Messe tenus propria viuere
Suis se facultatibus metiri, apud Per.
Grauiter intendere cumulandæ pecuniæ, eamque largiter insumere, ita tamen ne sumptus qui dum suppetet.

a spend-all, or a prodigall, riotous and outragious Spender.

Prodigus. Profusor
Effusor. Nepos
Insignis barathro & liguritor
Dilapidator. Decoctor
Nudus, qui omnem censum deuorauit, omnia sua commederit, proteruiam fecerit
Nullius frugis
Vorator. Effusus
Helluo. Pregræcator
Consumptor Abliguritor
Deuorator. Dissipator
Sumptuosus. Perditor
Ganeo, ἄσωτος. Luxui, gulæ deditus
Gulæ mancipium
Charybdis honorum, Cic.
Inexplebile dolium. Gurges
Apitius nepotum omnium altissimus, Gurges, Plin.

Spittle or Fleame.

Saliua. Pytima
Sputum. πτύελον
Oris humor

Sputorum & saliuarum adsperginibus defœdare faciem
Salinæ in barbam dicuntur defluere, **to dryuell.**

to Spet blood.

Sanguinem reddere, Plin,
Sputare sanguinem
τὸ αἷμα ἀνάχειν, πτυΐζειν
Excernere, expuere, excreare sanguinem, cruorem, saniem.

a Spigot, vide Tappe.
to Spill, vide to Marre.
to Spinne.

Nere. νεῖν
Ducere, Excolere, Moliri lanas, fila
Filare ἐπινεῖν
Ducere filum, stamina, apud Ouidium, Meta.4. Filum trahere
Plenos exonerare colos, versare fusum poplite
Stamine suspendere, percutere, perficere
Capere, laborare pensa
Operari Mineruam
Vt arte Palladis
κλώθειν. Conficere pensum, Plaut.
To quere apud poetas, in eodem significatu est inuenire
Nendo spaciosam fallere noctem, **to spin all the whole night**
Penelope legimus
Carpere pensa, lanam, Virg.
Pensum vel stamina trahere, apud Ouidium.
Ex visu fusi colique viuere, **to liue by the wheele**
Tolerare vitam colo, Virg.
¶ Pectere, trahere linum, **to hatchell flaxe.**

euill Spirits, vide Euill.

the Spirit of man, vide Soule.

Spite, vide Enuy.

in Spite of thy heart, vide if ye will not.

he hath done me a great Spite, although vnable.

Fractam illam & debilitatem vim suam in me contulit
Nihil non egit, vt me incommodaret
Pro suarum virium infirmitate, inferret, afferret, crearet
Cunctis viribus, quæ illi supererant exiguæ, infirmæ, imbecillæ ad meam perniciem incubuit, vsus est.
Vires illas, quæ illi reliquæ erant, restabant, imbecillæ, infirmæ, parum firmæ, haud satis firmæ, collegi & contulit omnes ad me opprimendum, euertendum, affligendum, perdendum ad exitium, perniciem, ad summam meam calamitatem.

to Speake spitefull words, vide to Checke.

a Spittle, vide Hospitall.

to Spoile, to waste, to destroy, to vndoe.

Vastare. ἐκχυλοῦν
Euastare, Deuastare
Concutere, Decutere
Destruere. καθαιρεῖν
Inuertere. Euertere
Confringere. Quassare
Conquassare. Disturbare
Solo æquare, adæquare
ἐδαφίζειν. Peruastare
Trahere, apud Virg pro eodem
In solitudinem redigere
Elidere. Collidere
Labefactare, παρακινεῖν
Perdere. Deperdere. Extirpare

Extinguere, Eradicare
Populari, vel opulare
Excidere strepitus
In fauillas redigere
Omnia in fumum & cinerem vertere
Ferro ignique vastare
Indignis modis proterere
Totum subuertere, euertere
Deprimere apud Cic.
Dissipare, Conculcare
Deturbare statuam, parietes, ædificium, pro destituere
Terre illidere, Sternere
Prosternere, διαστρέφειν
In planum redigere
Pessundare, Pessum dare
Demoliri, Depopulari
Subuertere, Diruere
συντρέφειν, Delere
Interficere messes, apud Virg. perdere seu cremare
Disperdere, Exterminare
Nimias Edere ruinas
Arietare, χερσόω
Terere, Atterere
Affligere Afflictare
Profligare, Accido
Concido, Excindo
Conterere, Perfringere
Comminuere, Frangere
Radicitus, funditus euertere
Effundere
Ad solum redigere, Distinct. 44.
Vide waste.

to Spoile one of his goods, to put him from or besides all.

Fortunis bonis, partis euertere, eiicere, deiicere
Fortunas inuadere
Bonis, facultatibus, prouentibus, destituere, exuere omnibus
In fortunas impetum facere, Cicero.
Exuere possessione, Priuare
Censibus, reditibus, emungere, violenter priuare, nudare, Vide to robbe.

to Sport, vide to Iest.
Sport, vide Pastime.
Spot, vide Blemish.
a Spout, vide Tappe.
to Spread abroad, to Extend, to stretch out, to Enlarge.

Prolatare, Extendere
Propagare, Diffundere ramos
Frondes explicare omnes
Brachia tendere
Radicem in tartara tendit
Pandere, Expandere, Explicare
Extenuare, Dilatare, Plura vide supra to scatter.

to looke a Squint.

Strabum esse vel Strabonem
Ἐλλαίνειν. Ἐλλοτζεῖν
Oculis retortis videre
Strabe intueri
Oblique inspicere
διαφέρειν τὸν ὀφθαλμὸν
Thunni more θύννος δίκην videre prouerb. ἰλλαίνειν
Limis aspicere vel limulis, to looke awrie.
παραφέρειν τὸν ὀφθαλμὸν
Detorquere oculos
Petum esse, similiter leuius est quam strabonem esse
Collimare pro obliquis oculis aspicere, apud Plaut.
Lippire, non limi, sed ollis, prouerbo pro vehementer cæcutire.

Stable, or Constant.

Stabilis, Constans, Firma
Fixus, Inmotus, Immobilis

Solidus, Immutabilis.

a Staffe. vide Sticke.
a Stage, vide Scaffold.

to Stagger, to Stammer, to Stutter, to Lispe.

Balbutire, Impedite, loqui
Titubare, συγκλονεῖσθαι
Vacillare lingua
τραυλίζειν
Esse lingua impeditiore
Hæsitare
Dimidiata & mutila verba loqui
ψελλίζειν.

a Staggerer, a Stammerer. a Stutterer.

Balbus ψελλὸς, Atypus
ἄτυπος, plectro linguæ non satis expedito vtens
Balbutiens
Subbalbus
Impeditioris linguæ homo
Traulus. Blæsus
Impedite loquens
Titubans. Subblæsus
Cui hæsitans & impedita est lingua.

to Stay, vide to Restraine, to Let, to Linger.
to Stay, to make sure, vide to Proppe.

a winding Staire.

Cochlea, Cochlis & Cochlidium
κοχλίδιον
Scala rotunda
Turbinea altitudo, à colchlearum similitudine.

to Stand.

Stare, ἵστασθαι
Sistere, Consistere
Pedibus niti.
In pedes stare.

to Stand still.

Subsistere, Manere
Resistere, apud Eras.
Sistere gradum
Discedere verso gradu
Figere pedem
Retro ferre passus
Sustinere gradum
Hærere in vestgio
Restitare apud Eras.
Premere vestigia, gradum, gressum.

Stand still, Tarrie a little.

Mane dum paulisper
Expecta, resiste paulisper
Siste gradum, pedem
Subsiste
Resiste. Restita.

Stand vp, Arise.

Surge, Consurge
Dare in pedes
Recipe te in gradum
ἀνάστηθι. ὄρσεο.

to Stand to his word, vide to keepe promise.

a Standerd.

Signum, σημεῖον, Vexillum
Manipulus, Aquila
Mouere signa, inferre, ferre
Tueri, Sequi
Relinquere, Reddere
Stare pro signis
Vocare sub signa
Concurrere signis conuersis.

a Standerd bearer.

Signifer, Vexillifer
Vexillarius, Manipularius
Aquilifer, apud Romanos
σημειοφόρος.

my State is altered or changed.

Diuersa nunc mea est ratio
Non eadem est, Mutata est
Alius est rerum mearum status
Aliter se habet, non solito loco est

a Starre, or Starres.

Stella in æthere, sydera lucent.
Astra micant.

of a great Stature, as a Giant.

Procerus, med. prod.
ἐυμεγέθης, μακρὸς
Longus, Altus, Gigas, extraordinaria, inusitata, immensa magnitudine vel immensæ magnitudinis, vastum corpus
Longæ staturę seu proceræ
Giganteæ staturæ
Bene longus
Giganteus, Prælongus
Corporis magnitudine alios omnes antecedens
Gigantum stirpe oriundus
Giganteo corpore
Prægrandi corporis mole
Immani & plusquam Gigantea magnitudine
Valdè procerus
Supra communem hominum rationem staturæ
Et prouerb. Polyphemus
Tanagreus cetus
Colosse à magnitudine
κολοσσαῖος τὸ μέγεθος
Immodicæ proceritatis
Clematis, Aegyptia, a tall blacke man.
Maximus, Caliga Maximini
¶ Vir Heroica statura conspicuus
Corporis statura insigni, heroica, eleganti, augusta præditus
In immensam molem coalescere, to make very great.

from a lower State to a greater, vide from the Kitchin to the Hall.

Statute, vide Commaundement.

Steale.

Furari, Suffurari
Furtum facere, designare
Compilare, Adimere,
Expilare, ἁρπάζειν
Clepere, κλέπτειν
Auferre, Subducere
Subtrahere, ὑπαρπάζειν
Plicata manu capere, quod non posuit
Subripere, Diripere
Furto auferre, Sustollere
Abigere propriè ad pecudes applicatum
Afferre manus rebus alterius
Legere, Sublegere
Viscatos ad aliquid mittere digitos
Clandestinè amouere
Furto, surripere
Arripere
Rapere
Manticulari, apud Plaut.
Suppilare, Eras.
Furtim vsurpare
Bonis alienis manus inferre
Inuncare nummos, apud Lucil.
Scrinium alicuius compilare vulgo. to picke a chest or coffer.
Conuasare apud Terent.
Aliquem conuasassem
Inuolare, nomine vola, æ.
Manuari deponens apud Acc.
Furtim vola manus
Peculari & depeculari ac peculatum facere propriè significat reipublicæ aut principi quispiam furtim subtrahere. Vnde crimen peculatus, to rob the prince or common wealth.

Stedfast

Stedfast, Sure, Firme.

Vastum, Firmum
Ratum, Solidum
ἑδραῖον, Stabile
Munitum
Aheneum per metaph.
Bene fundatum, Vide stable.

a common Stew, vide a Bandery house. a Steward.

Condus, Oeconomus
Moderator domus
Dispensator rei familiaris
Dispensatoris officium gerens, Ambros.
Procurator aliquot in locis dicitur, seu curator
Procurator peni, Vide a Butler.

a Stich in the side, called the Pleuresie.

Pleuritis, idos,
Pleresis, med. prod.
Laterum dolor, tortura, torsio
πλεῦρα, Græcis dicitur latus Cic.
Crassus lateris dolore consumptus.

a Sticke, a Staffe a Cudgell.

Baculus cui innitimur, à quo diminutiuum, Bacillum in neutro genere,
Fustis, Scipio
σκῆπτρον, βακτηρία
Sustentamentum, Virga.
¶ Fulcio, baculo niti
Bacillo plantas fulcire trementes
Scipione, haste gradum fulcire, to goe with a staffe
Inniti scipioni, bacillo arundineo quod etiam significat
In caducam inclinare parietem
Muli mariani, furcinulæ quibus uiatores suas sarcinas ferre consueuerunt à Martio inuentore & quasi Aerumnas, seu ærumnulas Latini vocant, a walking staffe.

Stiffe-necked, Untractable, that cannot be entreated, vnruly.

Rigidus, Durus, Asper
Ceruicis rigidæ
Prefectus, Immitis
ἀσυγγνώμων, Immisericors
Sæuus, Ferox, Seuerus
Ferus, Atrox, Terribilis
Dirus. ὠμὸς, Immanis
Dura silex & Marpesia cautes
Duræ gerens præcordia mentis
Silices circa præcordia vel pectus habens, gestans, ἀτέραμνος
Ferrum habens animum
Nero, Phalaris, Arcus
Agamemnonis hostia
Ferreus, Aheneus
Scithicus, Plagosus
Cui cornea fibra, apud Persi.
Ferrum, adamantum, cornu in pectore gestans
Omni duritate atq; immanitate teterrimus, ἀγριόθυμος
Fœnum in cornu habens
Illiberalis, apud Cic.
Exoratu difficilis
Durus, immobilis alloquio
Lapidem decoquens
Nullis precibus mollescens
Crudelis, Truculentus
Implacabilis, Truci aspectu
Acer, Effrenatus, Indomitus
Austerus, Grauis
Inhumanus, Omnis humanitatis expers. Barbarus
Aspectu horribilis
Toruus oculis. βλοσυρῶπις,
Vide cruell.

Still.

Tacitus, Quietus, Placidus
Silens, Vide Quiet.

Still or continually.

Assiduè Continuè. Iugiter
Perpetuò. Perennè.

a Stinke, an ill sauour.

Fœtor, Pudor
Grauiolentia. Virus
Putiditas, putor. δυσωδία
Fœtor hircinus, pestilens
Odor teterrimus oris & corporis, quem ne bestiæ quidem ferre possent, Cic.
Tetri ac plane pestilentis cœli odor
Illuu es Sordes
Situs. Squalor
Mephitis, pro terræ putore, apud Vir.
Odor malus, grauis, inamœnus, dirus, Latrinalis.

to Stinke, to giue an ill sauour.

Fœtare Putere
Graueolentiam, odorem tetrum reddere. βρωμῶσθαι.
Olere grauiter, odorem grauem
Obolere. Male olere
Fœtare quàm pessimè
Obolere cepas aut allium
Malo graui odore olle
Grauem exhalare fœtorem
Deteriorem spiritum trahere
Tetro odore inficere, to infect
Et dicitur, Anima alicui fœtore, graui fœtidoque anhelitu, to haue a stinking breath.

Stinking, or that stinketh.

Olidus, tam bonum quam malum odorem habet
Fœtidus. Grauis odoris
Mephiticus, apud Sidonium
Hircosus
Olens hircum. ὕβρομος
Tetrum spirans odorem
Obsoletus. Sordidus
Capro olidior. Putidus
Putidiusculus. Virosus
Fætulentus. Graue olens
Flaccidus. Putridus.

to Sting, vide to Foyne.

to stir vp, to set on, to pricke forth or forward.

Instigare. Inflammare
Incitare. Concitare
Excitare. Commouere
Classicum canere vel bellicum
Stimulum addere
Excire
Frigidam suffundere, clanculum
Instigare. Pungere
Stimulare. Extimulare
Animare. Accendere
Sollicitare alicuius animum
Prouocare exemplo
Impellere. ἐλαύνειν
Vrgere. Instare
Adducere. Inducere
Aculeis excitare
ἐγχετίζειν.
Calcibus currentem vrgere
Incitare currentem
ὀτρύνειν τὸν τρέχοντα
Igniculos ciere in animis hominum
Instinctu perpellere
Faces apponere, admouere. subiicere
δαΐδας παναπίθεσθαι, apud Homerum
Faces incendio ministrare
Hortari. Adhortari
Cohortari. Prouocare
προκαλεῖν
Exhortari
Ad Mauortis studium excire, Reficere in prælia pulsos
In prælia sæua sulcitat, & stimulis haud mollibus incitat iras
Subdere, adhibere calcaria, stimulos, to pricke foorth
Calcaribus equum concitare, citare, to spur the horse, or set spurs to his side

Moran-

Morantem virga impellere
Bene plaustrum perculit, prou.
Incendere, pro vehementer excitare, commouere
Impotenti quadam cupiditate implere, rapere, vrgere

to stirre the wolfe that is a sleepe, to prouoke a thing that is able to hurt vs, to procure our harme.

Sopitum excitare somno
Sopitum suscitare ignem
Temulentum, dormientem excitare, vellicare, pungere stimulare
Θωπεύζειν ἢ θωπεύζειν
Octipedem excitare
Cornutam petere bestiam
Potentum in se perniciem prouocare,
Ignem gladio fodere
Leonem stimulare, pungere
Quiescentem belluam, crabrones, suem irritare
Fumantem vrsi nasum tentare, apud Mart.

a stocke a Linage, a Kindred.

Progenies. γένος.
propago & propages
Prosapia, Origo
Genus. γενεά. Gens.
Generatus, Natales
Stirps, fœminini generis
Proles, apud Colum. Generatio
Tribus. Parentela, Familia
Domus, Sanguis
Semen Satus aliquo
Locus, pro genere etiam ponitur
Vt obscuro humili loco natus, **of a base linage.**
Ex honesto, claro, non infimo loco natus, **of a good house or stocke.**
Pondere, i. propagare genus, Virg. 4. Aeneid. Ille nostra deducit origine nomen, de gente.

Familiam, progeniem ad paucos redactam ab interitu vindicare
Demittere ad posteros genus.

the chiefe of his Stocke, or Kindred.

Auctor generis, nominis
Sanguinis, Originis, Propaginis
Seminis, Stematis

to come of a good Stocke, vide **Kindred.**
to put in Stockes, vide **Prison and to Tie.**
to get him a good Stomacke.

Stomachum acuere, exacuere, irritare, stimulare, languidulum.
Vellicare, atque excitare stomachum & appetentia non sinere delassari
Facere vt rabida surgat orexis
Magis ac magis vrgeri edendi auiditate
Palatum Iuuare, excitare sicut Plin. acidam appetentiam cibi facere, de lactucis.
A stomacho fastidium auferunt, discutiunt.
Provocare seu excitare commedendi, edendi appetentiam
Valere ad ciborum appetentiam provocandam.
Orexin prolicere
Extimulare appetentia
Auidè vorare
Non appetitione sed impetu inferri ad primas dapes
¶ Contra, Tollere apetentiam, auiditatem potionis & cibi

a weake Stomacke.

Stomachus languet, infirmus est, malè se habet
Stomachi virtus iacet, languet, debilitata

bilitata est, infirma est, imbecilla, imminuta, nulla prorsus, minimè ad concoquendum apta.
Non est qualem digerendi ratio requirit, qualem optima valetudo postulat
Languente-stomacho sum, infirmo, imbecillo, malè constituto
Stomacho non vtor optimè, stomachus laborat
Cruditas stomachi multos conficit adolescentes.

a Stone.

Lapis, λίθος, Saxum
Petra, Silex.

a hard or Stony heart.

Inexorabilis, Saxeus
Implicabilis, Immitis
Adamantinus, Ferreus
Lapideus, Duræ ceruicis
Seuerus, Inflexibilis
Lapideum cor habens
Silices circum præcordia gestans
Dura silex, Marpesia cautes, prouerb.
vide stiffenecked.

to Strike or kill with a stone.

Lapidare, λιθοϐολεῖν
Saxis, lapidibus obruere
Frequentes ictus lapidibus inferre
Imbre lapidum affligere, percutere
Grandinario lapidum iactu opprimere, apud Fulgentium
Lapides iacere
Lapidibus cædere, appetere
Coopertus lapidibus, imbre saxeo, id est, orbrutus Solin. de gruibus, Imbre saxatili nautæ complui.

a Stoole, a chaire, or a seat.

Sella, ἵδρα, Sedes
Sedecula, Sedile, Subsellium
Thronus, θρόνος, Solium maiestatis sunt. Cathedra
Hemicyclus, Exedra
Tribunal iudicis.

a foote Stoole.

Suppedaneum, Scabellum
Subsellium, Hypopodium
ὑποπόδιον, ὑποπόδον.

to Stop or to shut vp, to inclose with hedge or wall.

Obturare, πωμάζειν
Occludere, Obstruere
Oppilare, Obstipare
Obsepire, διαφράττειν.
Implere, Infarcire
Obuallare, Obmurare
Rimas delutare
Oblinere luto
Obdere, Constipare
Effercire interualla grandibus in fronte saxis, apud Cæs.
Stabulis supponere pecus
Auribus aurem addere
Aures obturare, to stop the eares
Stipare, Stringere, Oppilare
Contrahere, claudere, medicis vsurpatur, Aluum sistere.

to Stop an other mans prospect or light.

Obstruere luminibus, apud Cic. in 5. Tuscul. pro structura propiore lumen alicui tollere
Officere luminibus vicini pro eodem à Iustiniano ponitur, quod postremum scilic. Budæus posuit pro Gloriam alterius obscurare, minuere, pro quo Liuius vsurpat, Nomini officere. Etsi in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit, nobilitate ac magnitudine eorum qui nomini officient meo, me consolet

Offi-

Officere luminibus, etiam apud Ciceronem
Nec mentis quasi luminibus officij altitudo fortunæ, gloriæ
Adferre obscuritatem, apud eundem
Attulerunt tuæ res gestæ cæterorum laudibus obscuritatem
Alicuius præterea virtute, aliorum nonnunquam obsolescere dicitur existimatio.

to Stop ones mouth, vide Silence.

Store, vide Abundance.

Stout, Bold, without Feare.

Hostibus haud tergo sed forti pectore notus, Catul.
Intrepidus, νεανικὸς
Audax, Animosus
Audens, Audaculus
Infractus animo
Qui magno animo & erecto est
Inuicti animi, Confident.
Ad quoduis facinus promptus, a venturer, mortem non timens præsentem.
Acer, Atrox
Ferox, Impauidus
Strenuus
Magnanimus
Temerarius
Nihil timens
¶ Credere se suæ arti, audaciæ
Præsenti infracto animo, constanti ἐυκάιδιος.

a Stout fact, vide Deed.

to Stay abroad, vide to goe out of the way.

to Straine through a colander.

Deliquare apud Colu. Eliquare
Exprimere famas, pisa.
Colare, Excolare
Percolare, Pauxillatim stillatimque liquorem emittere
Per colum aut secerniculum purgare
διυγραίνειν.

to Strangle, vide to Choke.

a Stranger or an outlandishman.

Externus, Exter
Peregrinus, Externus, Extraneus, & Exteraneus, Aduena
Alienigena, ἀλλοδάπος
Proselytus, Exoticus
Aduentitius, Alienus.

to Stretch out, vide to Spread abroad.

Streight.

Angustus, ςένος, Arctus
Strictus, Exiguus, Breuis.

to make Streight.

Angustare, Angustum facere
Coangustare, Contrahere
In angustum adducere vel deducere
Constringere
Arctare, Coarctare.

Strength.

Robur, ἰσχὺς
Fortitudo, Vires, Latus
Vires timor abstulit
Neruus, Vis, Lacertus
Vim suscitat ira
Gladiatoria totius corporis firmitas
Virtus, quæ δύναμις Græcis
Venit in corpore virtus
Brachium, pro fortitudine in sacra Scriptura, Potentia
Potestas, vide Might.

to Strengthen, to make Strong.

Munire, Communire
Obfirmare, Firmare
Roborare, Vallo claudere
Vallare mœnia Arma
Confirmare, Stabilire, καθίστημι
Cancellis firmare, ἀποσταυρῶν,
Vide strayne.

to Strike with a Club, vide Beate.

to Strike off, vide to cut off.

to Striue, to Chide, to Braule.

Rixari, Obstrepere
Contendere verbis
Altercari
ἐρίζειν, Obstrepere
Obgannire
Iurgare, Litigare
Litibus intendere
Iurgia exercere
Agitare contentiones
Litem lite serere
Conferre lites, Horat.
Verbis inuicem altercari
Dictis dimicare mutuis
Diffidere, Concertare
Verbis certare, Pugnare
Funiculum contentionum ducere, apud D. Hieron.
Conserere lites
Contentionem exercere
Dissidiis in amœnis conflictari, concuti
Pusilla de causa de re quamtumuis friuola, litem, rixam mouere
Obstrigilare
Omnia contentione agere, to doe nothing but braule
Non solum lingua, sed & ligno, rem agere, to braule and fight.
Controuersiam habere, alere
Controuersari apud Cicero.
Altercationem habere & facere, vtrum, apud Cic.
Commutare verba, pro litigare apud Terent.
Velitare. λογομαχεῖν pro verbis altercari
Lingua concertare, apud Cic.
Serenitati nubem inducere, to make discord or noise,
Certare pro brachio
Contendere pro subligaculo
In iurgium descendere
Dissidiis contendere
Cum iurgio adoriri, to chide one.

Strifes, vide Contentions.

Strong, Bigge, and Mightie.

Validus, ἰσχυρὸς
Fortis, Robustus
Magnarum virium
Herculea gens, robore nata
Corpus durum, patiensque laborum
Præditus viribus
Valido esse labore, corpore firmo iunctis viribus, virtute præstans, firmus
νεῦρα ἔχων
Robusti corporis
Samsonius, Atlanticus
Petens, Herculeus
Prævalidus, καρτερὸς
Pectorosus, Lacertosus
Inuictus viribus, præstans virtute ac robore
Vertius, apud Pomponium
Cui solidæ stant robore vires
Neruosus
Præstrenuus
Viribus pollens, præpollens
Samsonem robore vincens
Alter Hercules, Vigorosus
Acer, apud Virgilium de Turno
Mutius ipse, Milo
Torosa iuuentus apud Persium
Homo neruosi robustiq; corporis
Insigni cum corporis, tum animi robore præditus

Cui

Cui vigor mentis, solidumq; robur.
Cui maxima vis est, Homerus
ἐπτινεκράτος ἐστι μέγιστον
Prævalidę sunt in corpore.

---

to make Strong.

Robustum facere, Dare vires, animum addere
Reddere, reuocare animos.

Stubborne.

Rigidus, Proteruus, Indomitus
Infrenis, Effrenatus, Vide obstinate and disobedient.

---

to Study, vide to Learne and to Muse.
to Studie, to Endeauour or giue himselfe to vertue, to prosper in all goodnesse.

Colere virtutem
Dare operam virtuti
Adolescere & grandescere quotidianis virtutum auctibus
Proficere de virtute in virtutem
Magna indies bonæ frugis carpere incrementa
Incrementum & vires accipere
Eximiam ad recta vitæ instituta progressionem facere
Exercitamentis virtutum multum fructus referre
Vitam virtute excolere
Omnem operam ac studium ponere in virtute colenda
Se proripere virtutis ad fastigium
Proficere in mentem bonam in salutemque
Pectus virtutum ornare nitelis
Ingenuis mentem virtutibus ornare
In ea vitam impendere studia, quæ vera certissimaq; ad virtutem ducunt via.

---

very Studious or giuen to Learning.

Studiosus
Literarum amantissimus
Perdius & pernox in literis
Libris affixus, Pertinacissime inhærens
Cui omne tempus inter bonas literas effluit
Palladii studii cultor, venator amator
Candidatus bonarum literarum
Assiduus in studiis literarum
Cui est cordi sacrę culturę Mineruæ, &c.

Study, vide Diligence.
to Stumble, to Faulter in going.

Cespitare, Nutare gressu
Titubare, παραπαίειν, Labi.
Vacillare gressu, pedibus
Ire pede incerto
Labascere, Errare
Telepidare, παραφέρεσθαι
Super talos insistere
Incedere, iter facere passibus non æquis, apud Senecam in morte Claud.

---

to Subdue, to make tame, to ouercome.

Subigere, Subijcere
Pandere armis
Subiugare, Potestatis sui facere
Redigere sub imperium, Vincere
Liberare, mulctare, subdere
Cogere vt imperata faciant, ferant
Conficere in leges suas, apud Terent
Rebellare, Expugnare
Superare, Prosternere

Victo-

Victricem imponere pedem
Confundere, Conculcare
Contundere, Conterere
Euertere, Subuertere, Calcare
Mittere sub leges, Virg.
Vi oppresso, imperio coercere. Cic.
Vi & vafris circumuentionibus subiugare
Supponere caput pedibus
In ius, in potestatem suam redigere vindicare, obtinere, potiri
In seruitutem, in seruitium, in prouinciam redigere, Frenare
Frenos, iugum inijcere, δουλοῦν
Domare. δαμάζειν
Frenum imponere, seu iugum seruile
Seruitio premere, Coercere
Sub pede colla tenere
In ditionem redire
Domitum, impositum pede calcare premere
Imponere imperium, iugum
Sub iugum mittere
Trahere sub iuga
Facere aliquem vectigalem, triabutarium, vide **Taxe.**

---

to Subdue a Countrey, vide **to Winne.**
to become Subiect, vide **Obedient, Subiect to, &c.**

to Suborne, to put in the place of another.

Subornare, Adornare, Supponere
παρασκευάζειν. Allegare
Submittere. Subdere.

Subsidie or Tribute, a Tole.

Vectigal, Tributum & tributus, apud Plaut.
Telonium, Portorium quod in itinere præstare solent.

to leauie a Subsidie, vide **to Sesse.**
Substance or Wealth, vide **Money.**
Subtill, Witty.

Sagax, Industrius
ἐπιστρεφής. ἀγχίνοος
λογοδαίδαλος
Ingeniosus, Chrysippus
πολυδαίδαλος
Acutus, Alacer
Callidus
Sensibus vigens vniuersis
Acer in argnmentationibus, argutus orator
ἐνθυμηματικός
Perspicax. Gnarus
Disertus, ἀγχίνοος
Magnus ingenio
Expertus, Solers
Præditus ingenio
Animo ingeniosus, artificiosus
Ingenij dexteritate plurimum pollens
Rhinoceros, metaph.
Prudens. Dædalus
Fœlici acutoque ingenio
Præstans ingenio, εὐφυής
Vir & ingenij vigore, & memoriæ dono præstans
In quo summa est facultas ingenii
Homo venusto, cœlesti ingenio, mirificæ industriæ
Diuinæ cuiusdam indolis
πολυτεχνότατος
Cleanthes, Sagaci ingenio
Egregiis ingenii dotibus cumulatus
In agendis rebus consilio vtens
Argutus disputator
Acerrimum agens disputatorem.

Subtilty, Craftinesse, Guilefulnesse.

Argutia. Fuci
Strophæ tergiuersationum

Ambages. Anfractus, δίαυλος
Acumen Chrysippeium
Acies ingenii
Chrysippeæ subtilitates
κρησφύγετον, est suffragium
Astus, Astutia, Vaframentum
τέχνη. κερδοσύνη. Ars
Calliditas, Vafricies
Versutia, Dolositas, Fraudulentia
Sisyphi artes, Prouerb.
Dolosa consultamina
Versuta consilia
¶ Veteratoriè, subdolè, vafrè, versutè, callidè. **Wittily.**

to Sucke, or to giue Sucke.

Lactare, sugere, lactere, lambere matrem, premere mammam, mamillam, papillam, vbera sugere
Alimentum maternum trahere
Lambere matrem
Immulgere vbera matris labris
Vbera trahere, ducere, bibere, ebibere lac maternum.

Successors, Posterity.

Posteri, Posteriores
ὕστεροι, ἐπίγονοι ἐπίσταται
Minores, Epigoni
Nepotes, Successores
Sequaces, ἑπόμενοι
Posteritas, Soboles, Genus, Successio, } **Posterity.**
Semen pro posteritate in sacris
Futuræ retrò generationes, pro posteris in sacra Scriptura
παῖδες παίδων. Nati, natorum
Filii filiorum, frequenter in sacris
Postera ætas.

a good Successe.

Rei euentum secundum fore spero, fœliciter, prospere, ex animi sententia rem gerere, ad optatum finem perducere, fœlici exitu concludere
Efficiam ne quid aduersi in re contingat, ne sit infaustus, alienus, à nostris voluptatibus
Vt exitus, finis & terminus rei sit prosper ac felix.

Such maner or Such a one of this or that Sort.

Talis. Huiusmodi
Huiuscemodi, Istiusmodi
Illiusmodi, Similis
Eiusmodi, Is, ea, id.

to Sue the Law, to Commence an Action.

In ius vocare, In ius ducere
Iure conuenire, Citare
Citare ad iudicem, in ius aliquem
Diem dicere, vel condicere alicui
κλητεύειν
Dicam scribere & dicam impingere, quod Paulus Iuris. consul. dictare actionem dicit.

to Suffer, to Abide, to Endure.

Tolerare. καρτερεῖν
Exhaurire periculum
Sustinere, Supportare
Pati, Perpeti
Ferre, Durare
ἀνέχειν. Perferre
Dare pœnas, Pendere
Dependere pœnas natibus vel tergo
Plectere, Luere
Soluere, Piare pœnas
Casus inuicto corde sinistros pati
Sufferre, Perferre, ὑπομένειν
Multos subire, Addere labores
Multum terris iactatus & alto
Pœnæ hæc mihi causa fuit.

to Suffer too much vide **to Permit.**
Sufficient vide **Apt**

a Suffragan, vide Bishops Vicar.

to Swimme.

Natare, Fluitare, Innare
Tacitis remigrare sub vndis
Flumina tranare
Fluuios innare rapaces
Remis corporis vti
Carpere iter maris
Dimouere aquas brachiis
Findere, secare aquas pectore
Pulsare aquas nudis lacertis
Ferri per aquas
Mari brachia tendere
Pendere aquis
Ferire aquas
Pellere vndam manu
Ducere manus in aquis, Placitis vndis natare, to swim in calme water.

to Summe seuerall parcels in a reckoning or account.

Reducere in Summas
Putare, deputare rationes
Subducere Summam, quod summare vulgus dicit
In summam conferre
In summam redigere, cogere.

Sumptuously, vide Deliciously.

Sumptuous banket, vide Banket.

the Sunne.

Sol, Titan, Hyperion
Oculis mundi
Hyperione natus, Phœbus, Apollo
Pater heliadum, Masculum sydus
Genitor Phaetontis.

Sunne setting.

Occidens, Hesperiæ partes, occiduus dies, A sole occiduo
Sol præceps occiduas subit aquas occasus solis.

a Supper.

Cœna, Cœnula, quæ Vesperna antiquis dicebatur
Cœna vespertina
Conuiuium serotinum
δεῖπνος, δόρπον
Epulum vespertinum
Vespertinæ festiuiticulæ, Collation
Cœna Hecates, prou. dicitur cœna perparca & impendio frugalis, vide a cold feast.

a Supplication or request.

Libellus apud Sueton. & pluraliter Libelli, quos Martialis vocat supplices libellos, in quibus scilicet continentur, petitiones, supplicationes subditorum, ἱκετηρίαι
Galli, Requestam vocant, minus Latinè
Libellos signare, siue subornare dicitur, qui supplicibus libellis siue Requestis respondet.

Supplication or request put backe.

Spernere, repellere, deserere, preces orantis
Surdas aures præbere oranti
Nulli exauditæ deorum preces tuæ fuerunt.

to Supply the steed of another, to take the turne of another.

Alternare vices, apud Ouid.
Variare vices, apud Virg.
Præstare, tradere mutuas operas, Terent. Seruare vices, Solin.
Promiscuam operam dare, Plaut.
Ludum facere labori, Horat.

Per vices quippiam agere
Variare laborem otio, otium labore
Aliis vicissim suppetias ferre
¶ Respirare, Vires tarditate nutrire.

to Suppose, to thinke or esteeme.

Arbitrari, Autumare
Iudicare, Censere
Videri, deponentaliter
Putare, νομίζεσθαι
Existimare, Credere
Exploratum habere
Diligenter cogitare
Attentius exanimare
Intento animo intueri, perpendere, ponderare
Sentire, frequentibus istis particulis, Quod vel quoniam
Opinione plane concipere, fore
Persuasionem induere
Reri, Opinari, meditari.

Sure, vide Faithfull and stedfast.

I am Sure or certaine of it, I doubt it not, or I am out of doubt.

Scio, certus sum
Firmiter teneo, Persuasum est mihi
ἀκριβῶς εἰδέναι
Certò mihi persuasum est
ἀναμφιβόλως ἔχω, firmiter teneo, nihil ambigo
Certis argumentis habeo compertum
Certum prospicio
Certis adducor argumentis
Plurimis experimentis obseruaui
Certo certius habeo
Pro certo habeo, Liquet
Constat mihi
Apparet mihi
Certum, exploratum habeo
Pro explorato habeo
Exploratissimum est mihi
Non ambigo
Compertum, perspectum, notum, excognitum habeo
Capio, Intelligo, εἴδω
Non ignoro, Non sum ignarus
Non sum nescius, inscius
Certò scio, Certum scio, Certè scio, omnia, apud Cic.
Non est mihi dubium, obcurum
Spe non dubia ductus
Vsu comperi
Exploratum, compertum est mihi
Certissima fide compertum, & argumentis indubitatis persuasum est mihi
Diuinis eloquiis testatum habemus & persuasum, Bud.
Calleo, teneo hanc rem quam optimè
Non me fugit, οἶδα
Fugit, fallit, latet, præterit neminem
Omnes sciunt
Indubitatum, perfectissimum habeo
Non me præterit, fallit
Haud me falsum habuit
Haud me latet, ἐπίσταμαι
Non me clam est
Neque id est obsurum cuiquam,

Knowne to all men.

a Surety, or a Pledge.

Fideiussor, ἀνάδοχος
Sponsor, Satisdator
Præs & Vas, vadis, sed in re diuersa, vnde Auson. Quid cum lis fuerit nummaria, tum dabitur? Præs
Quis subit in pœnam capitali supplicio? Vas, Obses.

to become a Surety for one.

Vadimonium promittere, in re propriè capitali
Pro altero fide iubere, spondere, se obligare
Fidem, promissum præstare alienum
Vadari verbum commune
βεβιῶσαι
Vadimonio se obstringere

Sistere

Sistere vadimonium, to put in surety
Alienæ culpæ dispendium luere, velle
In se recipere, ad se, Terent.
τὸ ἐφ' ἑαυτῷ δέχεσθαι, ἀναδέχεσθαι
Præstare, apud Cic. frequens, pro satisfacere
Alienam culpam, alienum promissum in se recipere
Fide iubere, pro alio spondere
Fidem pignori dare
Dare promissa, apud Virg.
Promittere per vadem
Suo periculo, sua fide promittere alium facturum aliquid
Fidem interponere suam, apud Cæs.

a Surgeon.

Chirurgus. χειρουργός
Chirurgicus, pro eodem
Aliptes ab vngendo
Empericus, experimentator, ἐμπειρικός qui per experientiam medetur
Vulnerarius substanti. vel vulnerarius medicus.

to Surround, vide to ouerflow.

to win his Sute.

Tenere, obtinere causam
Euincere, vincere litem
Tenere sententiam, to get the vpper hand.

to leese his Sute, or to be debarred of his action.

Perdere causam, ius
Et cadunt à causa, qui litem perdunt, qui causam aduersario tradunt, concedunt
Similiter cadere causa, causam amittere, Succumbere
Cadere formula, apud Quintilianum, pro eodem
¶ Vinci, Superari, Cedere
Inferior, minor sum, ἐλαττῶμαι
Posteriores ferre. ἔλαττον φέρεσθαι.

a Swallow, vide Gulfe.

to Swarue altogether from his old fashions.

to Sweare, to take an Oath.

Iurare
Iuramentum, iusiurandum præstare
πίστιν ἐπιθῶναι
Fidem iuramento obstringere
In alicuius verba iurare
Sancte iurata deiurare
Sacramentum dicere & sacramento
Coram Deo & angelis protestari
Dare iusiurandum
Iureiurando confirmare
Conceptis verbis iurare, hoc est, ad præscriptum & voluntatem alterius
Iurare stygias vndas
Superos testari
Nupila promissi Styx mihi testis erat
Per mare, per terras, per tria nomina Iuro
Adiuro stygij caput implacabile fontis
Per superos, & si qua tellure sub ima est.
Per freta iuro terramque potentem
Stygij per flumina fratris annuit
Meque adstringam verbis in sacra diua meis
¶ Sacramento adigere vel iureiurando
Cogere ad iurandum, Obtrigare, obligare iureiurando, vel in iusiurandum cogere, obstringere.
ἐξορκίζειν, to take an oath of one, or to cause him to sweare.
¶ Iurisiurandi alicui gratiam facere, Iusiurandum vel sacramentum remittere, to dispence with one for his oath, to release or discharge him of it.
Sacramenti relegione exoluere
Iuramentum nullum expetere.

Sacramento non tenere
Perfidum dicere, to periure or forsweare
Sanctissimum sacramentum violare
εἰς τὸν ὅρκον ἀσεβεῖς.

to Sweate.

Sudare, consudare
Sudorem emittere, desudare
Circumsudare Exsudare
Sudat, manat sudore
Sudator, Sudatrix
Sudoris plenus, one that sweateth much.
Ossaque & artus perfundit toto pectore sudor
Tum toto corpore sudor liquescit.

to Sweepe the floore.

Scopare. σκάλλειν, κορεῖν
Verrere, expurgare pauimentum
Operam omnem aranearum perdere, texturam improbam, telas, apud Plautum.

Sweet.

Suaue. Dulce
Lene Multeum
Mellitum. Sacratum
Mellis medulla
Melleum. Mellifluum.

a Sweet heart, Vide a Paramour.

Swift, Quicke, Speedy, Actiue, Nimble.

Agilis. Alacer
Velox. Pernix
Citus. φερόμενος
Celer. Volucer
Impiger. Ales, adiectiuum
Alite vectus equo
Festinus. ταχύς
Præpes. Celeripes
Strenuus, Citatus. ὀξύς
Aëripes, & per synæresin Aëripes, Alipes
Velocior, Pegaso
Rapidus, Ocior accipitre
θέων ἰρηκς
Ceruum cursu vincens
Fugax, pro maxime celeri & veloci Cicero posuit in epistolis, & Virg. in Ro.
Volucri meare cursu, Sol. de Trigide
Primum pigere fluente.

Swiftnesse, Quicknesse, Speedinesse.

Agilitas. Velocitas
Pernicitas. Celeritas
Alacritas. Leuitas.

a Swill-boule, vide Drunkard.

a Swine, vide Hogge.

a wild Swine, Vide Bore.

a Sword.

Gladius. Ensis. ξίφος
Framea vel phramea
Telum, apud Virg, & alios
Ferrum pro gladio frequens, vtpote materia rei confecta
Machera. Romphæa, a two hand Sword
Mucro, per Synecdochen, vt ex parte totum intelligamus
Spatha. Spathula
Parazonium, a ryding sword.
Acinacis, penultima correpta, apud Horat. & D. Hieron. pro gladio vsurpatum est Persico, seu potius Medico, Turcæ Cimitertam vocant ensem
Harpe, apud Lucre. pro ense falcato

to draw the Sword.

Distringere ensem. Mucronem
Vagina eripere ferrum
Vagina diripit ensem
Stingere gladium
Ensem exigere, Gladium nudare
Petere ferro, ense, gladio
Exercere Euaginare vel rectius distringere educere
ἕλκον τὸ ξίφος.

a Sword.
to gird his Sword.

Balteo se cingere
Ense latus cingere
Præcingitur ense viator
Lateri ensem accommodare, aptare
Subligare
Subiicere latus, gladio latus ense cingere, Vincire
Reuincire, Acuto cingi ense,

to put the Sword in the sheath or scabbart.

Gladium condere, recondere in vaginam
Ensem recludere
Aptare ensem vagina
Vagina caua fulgentē recondit ensem.

T

a Table.

Tabula, Tabella, Mensa
Mensula, Quadra, vt, aliena viuere quadra
Mensis struere, instruere, extruere.
Ponere, Apponere
Remouere, Negare
Retinere, Euertere
Repellere, Compellere
Auferre
Mensis ponere, imponere, remouere, discumbere, adesse, surgere, consurgere
Reddere mensæ tempora.

a Table-guest, a Smell-feast, vide Guest.

vide Guest.

a paire of Tables for to play at dice.

Abacus, Alueus
Alucolus, Fritillus
Pyrgus, apud Horat.
Turricola, Occa
Tabula luforia.

to Take away, or from, to Leaue nothing.

Auferre, Demere
Adimere, Eripere
Eximere, Dirimere
Diripere, Surripere
Preripere, Subducere
Sublegare, Priuare
Spoliare, Fraudare
Expoliare, Orbare
Viduare, Sustollere
Detrahere, Subtrahere
Extorquere, Detorquere
Furari, Prædari
Nihil reliquum facere, eleganter. pro relinquere nihil
μηδὲν καταλείπειν
Omnia auferre vel cum puluisculo, vt habet prouerbium
Tollere funditus, to leaue nothing.

to Take his breath, vide Breath.

to Take greeuously.

Aegrè, Aegerrime, Indignè, Grauiter, Grauatim. Molestè, Iniquè Acerbè, Iracundè ferre
δυσχεραίνειν
Durius impatienter, male ferre

Indignari cum accusatiuo, pro
Indigne ferre vel irasci, Cic.
Cicero preter modum doluit mortua filia.

I take it to be so, or I Thinke so.

Mihi videre videor
φαίνεταί μοι
Sic equidem ducebam animo, Virg.
Facile adducor vt credam
ὥσγ' ἐμοὶ δοκεῖ, mihi videtur
Suspicor, Mihi sit verisimile
Induco animum
Tangit animum meum suspitio
In anxia purgatione, leuem concipio suspiciunculam.

to Take in hand, vide to beginne.

to Take on him the office or charge, vide to Undertake weighty matters, charge, &c.

to Take patiently, vide to be Patient.

Take heede.

Caue, vide, studium adhibe, Consilio vtere, diligenter animaduertere, aduerte, attende quam diligenter potes.

Taken with beauty.

Specie capitur adolescentia, oblectatur, gaudet, lætatur
Speciem amant adolescentes.

to Talke, vide to Speake.

to Talke or commune with one, to debate of matters together.

Loqui primarium, cum datiuo
Alloqui, cum accusatiuo
Communicare, Conferre
Commemorare, Sermocinari
Colloqui, Confabulari
Commentari, Agere
Verba facere, Sermonem habere
Affari, Compellare
προσαυδᾶν, προσφωνεῖν
Conuenire, cum accusatiuo, to goe for, to speake with.
Ioannem de hac re conueniam
Volo te paucis, vel tribus verbis, (subaudi) alloqui.

a Talke, a Speech, a Language, a Word.

Sermo, λόγος
Loquutio, Eloquutio, Verbum
Homilia, Eloquium
Idioma, loquutionis proprietas
Lingua pro eodem frequens quemadmodum Grecis, φωνή.

a common Talke, vide Rumor.

Tallow of beasts.

Seuum, Sepum, στέαρ
Sebum scribunt aliqui
Hinc candela sepacea seu sebacas a tallow candle.
Et candelas, seruare, sebare, vel separare, apud Colu. to make tallow candles.
Et apud Plaut. Vulcanum in cornu gerere, id est, candelam, to beare light in a lanterne.

to make Tame, to Subdue or bring vnder.

Domare, Domitare
Debellare superbos
δαμάζειν
Frenare, Subiicere
Subigere, Subiugare
Sub imperium mittere

Coërcere

Coercere, Reprimere
Vide subdue.

a Tanner, a Curriour.

Cerdo, σκυτεὺς
Coriarius, Byrseus, βυρσεὺς
Alutarius.

Tapistrie or Hangings.

Tapeta seu potius Tapetes
Tapes, Plaga, Plagula
Legimus etiam Tapetia
Textilis pictura
Peristromata, Stromata
Panni auro intertexti
Peripetasma
Amphimala, Amphitapa
Aulea, αὐλαῖαι
Vestes cortinæ, stragulatæ, variegatę, versicolores, belluatę, apud Varro, hoc est diuersis belluarum figuris depictæ
Textile stragulum magnificis operibus pictum & plenum artis argentum.

a Tap, a Cocke, a Spigot, a Spoute.

Epistomium, Spina, Ducillus, Fistula, Collabus, σύριγξ
Tubus, Cuius diminutiuum est Tubullus
Vinum, ceruiciam educere, promere, to tappe
Depromere, vinum mouere, Hor.

to Tarry, to Pause, to stay.

Manere, μένειν
Expectare, ὑπομένειν
Operire, προσδέχεσθαι
Percunctari, Terent.
Pereunctatum ibo ad portam quo ad se recipiat.
Præstolari, omnia cum accusatiuo construuntur. Cicero postremum Præstolor etiam datiuo iunxit
Restare, Restitare
Tardare. Resistere
Cunctari, Demorari
Intermittere, Intercipere
Interrumpere, Cessare
Tardescere, Desinere
Desistere, Morari
Moram interponere, facere, inferre.
Hærere, Sistere
Omittere.

I will not Tarry, I will come by and by, quickly, or shortly.

Non cunctabor, non morabor diutius
Aduentum non differam, non prerogabo
Subitò, inopinatò, propediem nos visurus est
Nouo ineunte anno
Ineunte vere, prima Hirundine aduolabo. Dabitur tibi copia nostri, Virgilius
Hyeme proxima, hyeme, extrema videbit nos Roma
Londinum, Oxonia
Cum se remiserit hyemis rigor, cum ciconiis & hyrundinibus euolabo
Aduentum maturabimus
Ocyus præsentiam nostram visurus es,
Propediem te inuisam,
¶ Maturabo reditum
Iam iam adero
Mox rediturus
Continuò hic ero.

Tarry a little, vide Stand still.

to doe or end his Taske, to dispatch his businesse.

Pensum persoluere, absoluere
Pensum conficere, Plaut.
Pensum meum quod datum est confici
Peragere laboris pensum
Opus iustum vel operas reddere

Implere

Implere, peragere partes suas
Iusta præbere, reddere
Iusta operum peragere
¶ Plena opera
Iusta pluraliter
Opera constituta, debita consueta, apud Columel.

to Taste, to Smacke, to Proove.

Libare, Delibare
Gustare, Degustare
Pitissare, apud Terent.
Carptim, leuiter, ac velut obiter degustare
Admouere labra poculis
Primoribus labiis degustare tangere
A limine salutare
Summo digito & quasi per Indicem tangere, Iustinianus
Vt canis è Nilo degustare
Per transennam inspicere
Extremis digitis attingere
Ex transcursu dicere, velut degustandi causa
ἐκ περιδρομῆς μαθεῖν, ὥσπερ γεύματος ἕνεκεν.

to Taxe, vide to Cesse.

a Tailer, a Botcher, a Cobler.

Sarcinator, Sartor:
Cerdo. ῥάπτης
Vestiarius, qui vestes vendit & reficit, Pannicularius
Veteramentarius sutor, a cobler or botcher, and Suppactor, a souter or cobler.

to Teach, to Informe, to Instruct.

Docere,	παιδεύειν
Instituere	Erudire
Edocere,	Condocere
Educare,	Dogmatizare
Instruere,	Imbuere

Fingere ingenium rude, animos pueriles iuuentutem, filium, pro informare
Literis ornare
Condocefacere, apud, Cic. Tusc. 3.
Tradere pro docere
Præceptiones & institutiones tradere
Profiteri aliquem, artes ingenuas, pro docere, scire
Pueri pectus præceptis formare, Hor.
Formare mores
Aetatem puerilem ad artes, ad humanitatem informare, Cic.
Artium vias iuuentuti tradere
Tradere vias disciplinarum, discendarum, scientiam
Puerorum rudem & ad omnia sequacem animum ad optima quæque perducere
Puerorum ingenia literis excolere
Iuuentutem & fideliter & accurate, tam literis bonis, quam rectis moribus expolire.
Pectus rectis moribus instruere
Catechizare, in Epistolis Paulinis propriè
Instruere mysteria religionis, tradere.

to Teare in peeces, vide to Rent.

to weepe with Teares, vide to Weepe.

to Tell, to Shew, to Declare, vide Rehearse.

a Tel-tale, a Blab.

Homo futilis, Leuis
Rimarum plenus
Omnia ferens sub auras
Hac illacque perfluens
τετριμμένος πίθος, Hoc est. Dolium pertusum
Incontinentis linguæ

Parmeno,

Parmeno Terentianus
E perforato qui biberit poculo
Meliacum nauigium
τὸ μελιακὸν πλοῖον
Laterna punica
Cribro infidelior
Laterna magis pellucidus
Dolio pertuso incontinentior, vt habent prouerbia.

to Tell all things abroad.

Dicta eliminare, apud Horatium, in epist. pro extra limen efferre, renunciare
Facta tegenda loqui. Tibul.
Foris effutire, Teren. Vide to publish.

Tell vs.

Dic, Dice, apud Comicos
Cedo, imperatiuum, pro dic, apud Comicos
εἰπὲ. λέγε. Refer
Dare, pro dicere, apud Virg.
Iste Deus quis sit da Tityre nobis, id est, dic. Memora.

Tempestuous and troublous weather.

Venti, Procellæ
Importunissimi venti perpetuo spiritu ex aduerso flantes
Fulmina. Fulgura ardentia
Tempestates. Turbines
Intemperies. Nimbus
Grandines
χάλαζα. κλύδων
Cœlum admodum ingratum
Cœlum turbidum
Hyems pro tempestate ponitur.

Tempestuous stormes on the sea.

Æstus, commotio maris
Mare turbidum, feruens, æstuans, sæuum, fluctuans validè, vehementer
Procellosum mare, turgidum, inualescente Æolo, exurgentibus subinde vndarum molibus
Ærumnosum salum Cic. vocat.
Vndas, fretum, quum ventus & vndæ intumescunt, ratis medijs vrgetur in fluctibus æquoreis titubans quassatur procellis
Rapidis sæuit feruoribus æquor
Mare tumultuosum, ventosum, vndosum, vndabundum, tempestuosum, horrisonum, naufragium minitans ventis commotum, iratum, feruidum, agitatum.

to appease a Tempest.

Componere, tranquillum reddere tempestuosum sæui maris impetum
Lenire tempestatem
Tumida placare æquora
Æolijs ventis, tumidisque imperare procellis
Liberare à turbine irati æquoris.

a Temple or a Church.

Templum. Delubrum
Basilica. Phanum
Aedes. Sacra
Tabernaculum. Sacellum.

a Tent, a Pauilion.

Tentorium, σκηνή
Papilio. Statiua
Tabernaculum. σκηνή
Nomine quoque pellium in sacris tentoria castrensia designantur, in prophetia Abacuc, Turbabuntur pelles terræ Madian.
Castra pluraliter
Domus portatilis.

a Tent to put in a wound.

Penicillus vulnerarius, quo vulnere stipantur
Peniculus
Turunda à Catone ponitur pro lineamento ex filis, quod in vlcera immittitur

Lemniscum, apud Celsum, pro linamento oleo vel vnguento illito
Epithema
Linamentum
Linteolum, liueus panniculus
Basilicon, apud Celsum pro eodem
μοτόσις, linteolum illud concerptū quod vulneribus inditur ad extrahendam purulentiam ac saniam, suppuratione quum jam maturuerit ferro rescissa.

Thankfulnesse.

Gratitudo
Gratiarum actio
Gratia Animus memor
Gratia animi, benevolentia
Memoria, voluntas grata in aliquem.

to giue Thankes.

Habere gratiam vel gratias, est animo, mentem scilicet animumque; habere memorem accepti beneficij, quod Græcis est χάριτας ἔχειν
Referre gratiam & gratias, est facto respondere, scilicet officijs & satisfacere re ipsa beneficijs, & licet sæpius capiarur in bonam, in malam tamen partem ponitur, vt maleficiū reddere significet
Agere gratias dicimus, & rarissimè gratiam verbis videlicet, εὐχαριστεῖν, ἀνθομολογεῖσθαι χάριν
Charites persoluo tonanti
Iungimus illi ferre semper incredibiles, magnas, maximas, singulares, immensas, ingentes, immarcessibiles gratias.
Agere grates, poeticum magis quàm oratorium
¶ Cæterum acceptum ferre vel referre, tam in bono quam in malo, est habere pro accepto, fateri se accepisse.
προλογίζεσθαι προςίθεσθαι
Gratis vel gratiam summam, solidam gratiam inire

to be Thankefull.

Reponere merita
Gratias agere, habere alicui
Compensare. Repensare
Remunerare beneficium bene merenti.
Clauo trabali beneficia sua afficere
Meritas agere grates
ἀντίστα δωρεῖσθαι
Gratias dignas pendere
Pensare, reddere beneficium
Gratiam remetiri
Parem esse beneficijs acceptis
Respondere meritis beneficijs
Persoluere, soluere beneficijs
Operam benignè compensare
Alicuius erga se beneuolentiam singularibus accipere officiis
Officium officio pensare
Fricantem refricare
τὸν ξύνοντα ἀντιξύειν
Beneficium acceptum ampliter repensare. Mutuam officij vicem rependere ἀντιπελαργεῖν
Terentius Phor. Fœneratum isthuc beneficium tibi pulchrè dices, id est, cum lucro redditum conduplicatum.
Benefactis pensare oblatum obsequium

That, or As.

Vt. ἵνα.
Quatinus. Quod

a Theefe.

Fur. φώρ
Suppilator. Cleptes.
Trium literarum homo
Homo manibus aduncis & picacissimis. ἀγκυλοχείλης
Fele rapicior. Rapax.
λωποδύτης Dietarius
Laurus. Harpua, prouerb.
Vulturius, apud Plaut.
Inhians prædæ
Qui vncis est vnguibus
Lauernio Furax, theeuish.

Felis tarressia, Verte
Manticulator, apud Fest.
Trifur, è gabalo lapsus, a wag halter
Latro, Prædo, Raptor
Prædator, Pirata.

Therefore, for that cause.

Proin, Proinde, Ergo
Ideo, Igitur, Idcirco
Itaque, Eadem causa
Illius negotij gratia
τούτου ἕνεκα
Eapropter, & propterea
Eam ob rem, & res
Ea gratia, Ea de re
Ea ex re
Eò & in hoc, in structura orationis
Hac de causa, his causis adacti
Therefore.

to Thicken or make Thicke.

Densare, Condensare
Cogere, Virg. Frigore mella cogit hyems
Constipare, Spissare
Inspissare, Conspissare.

Thicke, hard, closed together.

Densus, Frequens, πυκνὸς
Confertus, Confertissima turba
Condensus, Spissus
Crassus, παχὺς
Opacus & obscurus ad vmbram verius referuntur.

to Thinke, to Esteeme, to Suppose.

Inclinare, Censere
Putare
Existimare, Coniicere
Coniecturare, Coniecturam facere
Cogitare, Autumare
Ducere, Credere
Arbitrari, Suspicari
Reri, vide to Suppose.

as I Thinke.

Vt reor, existimo
Vt mihi videtur
Vt arbitror, ὡς νομίζομαι
Vt ego quidem sentio, autumo
Meo iudicio
Mea sententia, Opinione mea
ἐμοὶ δοκεῖ
Nisi me animus fallit, vnlesse, or except I be deceiued
Quantum mihi videre videor
Quantum indiciis colligere possum
Quantum meæ existimationi ac iudicio videtur
Quantum ego ratione & ingenio consequi possum.

to Thinke of or vpon, vide to Muse.

Thinne, vide Slender, Leane.

to quench, to stanch Thirst.

Sitim compescere, deponere, pellere, tollere, explere
Releuare, Sistere, Sedare, Extinguere, Expellere
Sitis sorbet ora
Arentem leuare vnda sitim.

to be Thirsty or dry.

Sitire, Sitim pati, ferre, tolerare, Deferre
Siti consumi, obrui, auida siti.

to Threash.

Frumenta pertici, excutere
Triturare, ἀλοᾶν
Gressibus exterere
Spicas fustibus tundere, Colum.
Flagellare messem perticis, Plin.

to

to Threaten.

Minari, ἀπειλεῖν
Ædere, iactare minas
Minitari, Comminari
Fulminare minis
Promittere, apud Virg.
Intentare mortem, Virg.
Interminari
Maximas intentare minas
Intonare minis & verberibus.

a Thrifty childe.
to Thrust, vide to Foine.
to Thrust, or to cast downe.

Deuoluere, Detrudere
Deiicere, στρεβλοῦν
Deturbare è sublimi
De sublimi ad ima rotare
Præcipitare.

to Thrust, or Put out.

Elimare, Proturbare
Liu. Pellere foras, Extrudere
Protrudere, Obtrudere
Explodere, Expellere, vide to driue out, &c.

to Thunder.

Tonitruare, Tonare, intonare, superintonare
Mouere tonitrua, Tonitrua matutina ventum significant imbrem meridiana
Tonitrus, Tonitruum, Tonitru indeclinabile, thunder
Magnus ab æthereo personat axe fragor
Iupiter strepitu exterruit orbem
Magno miscetur murmure cœlum
Tonitru cietur aër, cœlum
Tonitru tremiscunt ardua terrarum
Intonant poli
Pater omnipotens ab alto cœlo intonuit

to Tie, to Binde.

Vincire, Ligare
Reuincire post tergum brachia
Iniicere vinculis
Fortibus, nexibus, vel loris constringere
Grauibus coërcere vinculis
δεσμεύειν, Innectere pedicas
Compedes iniicere, to fetter, or giue fetters
Adhibere vincula
ἐμπεδᾶν, Indere compedes, cathenas captiuis
Compedibus vincire
Innectere manicas
Astringere arctius, fortius, fortiter, vide to hang vp.

to Till the ground, vide to Eare.
Time or season.

Tempus, καίρος
Hora, apud D. Paulum
Tempestas, apud historiographos
Curriculum, apud Virg.
Otium, pro tempore
Non fuit mihi otium, I had no leasure
Æuum, αἰὼν, pro tempore longo, sicut sæculum, & ætas, Vt nostri sæculi mores, nostra ætate
Dies, pro temporis cursu, apud Ciceronem.

in good Time, vide season.
the Time will try.

Tempus docebit
Exitus rei probabit
Tempus omnia retegens patefaciet
Exitus acta probabit.

in good Time or season

Maturè, Tempestiuè
Oportunè, Per tempus
In tempore.

to obserue the Time, to take heed how hee spendeth or bestoweth his time.

Habere rationem temporis
Summa cum vtilitate nostra diem condere. Plin.
Non sinere tempus sine fruge, fructuque dilabi, effluere
Rectè otia ponere
Rectè ætatem ducere
Temporis enim sumptus (vt inquit Philosophus) parcissimus est
Tempus redimere, est melius collocare, quod malis studiis hactenus tritum est.

to waste or to spend Time vainely.

Bonas horas malè collocare
Otio & litteris abuti
Frustra tempus conterere
Symposijs bonas horas malè perdere
Tempus alea terere
Conferre tempus in aleum Plin. vide **to spend the day in vaine.**

to passe the Time.

Tempus, diem deducere, transigere, traducere, trahere, extrahere
Tempus terere, consumere, conterere
Otium terere, agere
Dies vitæ ætatem decurrere, consumere
Diem conficere sermone longo, Plaut.
Ducere horas, Virg.
Eximere diem dicendo, Cic.
Condere solas, apud Virg.
Consumere longos soles, apud Per.
Ducere, proterere tempus
Noctes fabulis iucundissimis citra tædium transmittere
Extendere, noctem colloquiis, sermonibus
Iucundissimis sermonibus nox ducebatur, Plin.
Placidæ traducere æuum, vitam
Ferias agere amœnissimas
Ineptiis, næuiis bonas horas malè conterere
Temporis tædium lectione fugare, pellere, leuare, releuare
Fabellis tempus, diem fallere
Suffurari tempus, quis dicitur, quod rebus necessariis succidit.

the Time weareth, or passeth away.

Fluxum tempus elabitur
Eetas auolat, diffluet, effluet æstas
Fallunt anni
Labuntur anni tempora
Tempus preterit, fugit
Et dies, apud Plaut. præterit
Eximitur dies me gaudente, Plin.
Tempus assiduo rapitur cursu;
Cedit dies, apud Cic.
Abeunt, euanescunt præcipiti lapsu intermoriuntur tempora
Truditur dies die, apud Horat.
Cito pede labitur ætas
Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis
Fallit tempus, id est, citò præterit nunquam reuocabile
Dies abit instar euntis, currentis vel fluentis aquæ
Humanæ labuntur tempora vitæ atque anni properant
Labitur occulte, fallitque volubilis ætas.

at this Time, in this world, or as the world goeth now.

Hoc æuo, [illegible]

Impræ-

Impræsentarium, Nunc
Hac tempestate, ætate
In præsens
Hoc temporis curriculo
Hoc sæculo, Hoc tempore
Hac hominum ætate, Hodie.

at the very same Time.

Eadem tempestate
Sub idem tempus
Per idem tempus.

the Time weareth away all things.

Differendo, intercedentibus diebus vel mensibus res dicitur elanguescere, intermori
Euanescere
Venire in obliuionem res dicitur, cui tempus inducet obliuionem
Tempore ipso vanescere apud Tacitum. Et prouerbium, Dies adimit ægritudinem, tempus enim omnia lenit & emollit: hinc doloris medicus tempus vulgo dicitur.
Non est dolor tantus quem temporis longinquitas non mitiget, tandemque adimat, imo reuulsum pectore.
Multis præterea rebus medetur tempus, quas nulla vi possis emandare.
Et Euripides, χρόνος μαλάξει σε
Tempus dolorem leniet
Videmus opiniones vanas, fictasque diuturnitate extabuisse.

in the meane Time or season.

Interim, Interea
Interea temporis, loci
Interdum, Obiter, In transitu
Interim dum, μεταξὺ.

in Times past, or of Late.

Diebus proximè exactis
Longo ab æuo
In diebus seu mẽsibus prioribus, ἄρτι,
Hoc longis intercedit annis Diebus iamdudum, nuperrime, elapsis præteritis.

in old Time.

Maiorum nostrorum ætate, tempestate, temporibus quo sæculo maiores nostri vixerunt, annis præcedentibus, preteritis, præterlapsis.

out of Time.

Inopportunè, intempestiuè, impportunè, insolitè, inopinatò, inopinanter, inopinatè.

as the Time will serue.

Tempori cedere, necessitati parere, rationem temporis habere, consulere temporibus conformare se ad temporis rationem, consilia & actiones tempore moderari, pro temporum statu & suscipere & deponere, ita se gerere, vt præcipere tempus videatur, vt temporis ratio ferat ac postulet
Quasi ducem in rebus agendis, & consiliarium habere tempus.

in Time to come.

Apud posteros, in posterum, in posteritatem, æuo sequenti, vide hereafter.

Timerous, vide Fearefull.
Tyranny, Cruelty.

Tyrannis. Iugum durissimum
Seruitus plusquam miseria
Phalaridis imperium.

to Exercise Tyranny.

Tyrannidem exercere
Pharaonica sæuitia opprimere
Subditos tyrannide fatigare, deprimere
Omnium hominum sæuitiam improbitatemque supergredi.

Tyred. vide Weary.
To and fro, vide Hither and thither.

Teade-

Toadestooles, Mushrumps.

Aspargus. ἀσπάραγος
Corruda. Fungus
Boletus, βωλίτης
Tubera & tuberes.

Together.

Simul, ἅμα. Vna Pariter
Insimul med.correp.
Coniunctè seu coniunctim.

Toies, Trifles, vide **Foolishnesse.**
Tokens, Markes, or Signes.

Signa. δείγματα
Iudicia. Argumenta
Monumenta. Intersignia
Documenta. Specimina
Notæ. Vestigia
Symbola. σύμβολα.

a Tole gatherer, vide **Customer.**

a paire of Tongues, or Pincers.

Pruniceps. Forsex igniaria
Furcilla coquinaria. πυρολάβιον
Tenella, barbara dictio est, seu potius Gallica.

an ill Tongue, or a railing Tongue.

Lingua virulenta, bisulca
Mordax, Maledicta
Contumeliosa, Virg.
Aspidis morsus
Venenum detractionis spirans, & apud Iuuen. Lingua mali pars pessima serui.

a children's playing Toppe.

Trochus, Trochulus, Turbo
Trocho lude, aleas fuge
Turbinem voluere, Trochum agitare, circumuerti, ambire.

the Toppe or highest part.

Editior locus. Fastigium
Culmen, Cacumen
Vertex, metaph.
Supercilium, Summitas
Veruca, metaph.
Altitudo, Extremitas
ὕψος, ἄκρα
Apex, Iugum
Præcipitium, Ardua terrarum
Sublimitas, Celsitudo
Specula, Iuga montis.

from the Toppe to the Toe, vide **from the Beginning to the End.**

a Torch.

Teda, Fax, Luminare
πυρσὸς, Funale
Facula, **a fire-brand.**
Lampedion, vide **a lampe.**

Torch-bearers.

¶ Daduci, δᾳδοῦχοι. Tediferi, facularii, Ceroferarii.

to Torment, vide **to Punish.**

a Touch stone.

Lapis Heraclitus, penult. prod.
Lapis Lidius, Index, Latinè
βάσανος. Cuius attritu fabri aurati, vel argentum explorant, verumne sit an adulterinum.

a Torrent, a swift running streame falling from the hilles.

Torrens, tis, m. g. Torrens, entior, entissimus

Torrentia flumina
Rapidus montano flumine torrens sternit agros
Sternit sata læta boûmque labores
Ruunt de montibus amnes.

it Toucheth you very neere vide it is your Part.

a Towne or City.

Oppidum, Oppidulum
Ciuitas, πόλις
Vrbs, qua Roma propriè dicta est voce, ad alias ciuitates modo detorta est
Castellum, κώμη.

to vndoe, or spoile a Towne vide to Destroy.

Trace, vide Footsteps.

a Trade or manner of life.

Vitæ institutum
Viuendi ratio, modus, forma
Formula, Mores
Exercitium, Studium
ἐπιτήδευσις, ἐπιτήδευμα
Recta, optima morum compositio, vide supra occupation.

to Traffique; to exercise the Trade of Merchandize.

Negotiari, πραγματεύεσθαι
Exercere, tractare commercia mutua negotiationem, ἐμπορεύεσθαι
Inire commercia, Mercari
Mercaturam, exercere, vel mercatum
Facere mercaturam, apud Cic. & Pla. pro exercere, ἐκπολεῖν
Agere mercatum, negotiationem ἀγορὰν ποιεῖν
Mercimoniis faciundis rem augere, vide to Use.

Transitory, or not long during, of no long continuance.

Momentaneum
ὀλιγοχρόνιον
Transitorium, Caducum
Fluxum, fragile, Sal. Diuitiarum & formæ gloria, fluxa & fragilis habetur
Temporarium
Temporaneum
Instabile, Ruiturum
Fugax, Labile
Iamiam periturum
Mobile intercisurum
Interiturum, Occasurum
Intermoriturum
In obliuionem venturum
Paruo tempore duraturum
Omnium enim rerum vicissitudo est, & omnia orta occidunt
Aetati, annis cedere
Aetatem ferre non posse
Diu seruari non posse, qualia sunt vina nonnulla, quæ dicuntur fugientia
Et mala Persica, Plin. vocat fugacia quod durabilia non sunt decerpta, quæ facillimè corrumpantur.

to Translate, vide to Change.

Trappes, Ginnes, Snares, or Wiles.

Laquei dolosi
Tendiculæ
Insidiæ, ἐπιβουλαί
Pedicæ, Retia
Fallaciæ, Offuciæ
Tricæ, Irritamenta
Casses arcti, id est, Technæ
Clandestinæ insidiæ, Transenes
Obsidiæ, apud Colum. Plaut.
Durateus equus, prouerb.
δούριος ἵππος
Decipula, æ. & Decipulum neut. gen.
Furta, apud Ouid.

to Trauell or Labour in vaine, to loose his Labour.

Perdere operam & impensam
Inanem operam sumere, suscipere
Studio exerceri inani
Frustra laborare, conari
Capere, pati, subire laborem inanem
In cassum sudare
Arenam numerare, metiri
Arenæ semina mandare
Arare littus
Aërem verberare
Operæ iacturam facere
In pertusum ingerere dolium, apud Plaut.
Studium male collocatum iri dum video
Ludere operam
Austrum percellere
Penelopes telum retexere
πενελώπης ἱςὸν ἀναλύειν
In qua scribere, apud Catul.
Delphinum cauda ligare
δελφῖνα πρὸς τὸν ὑρατὸν δεῖν
Scopas dissoluere
Rem prorsus inutilem efficere
Nebulas aduerberare
Piscari in aëre
Aquam in mortario tundere
Caluum vellere
Lauare coruum, laterem
Ignem dissecare
Aethiopem dealbare, lauare
Isthmum perfodere
Reti ventos venari
Aquam cribro haurire, & id genus permulta alia, to labour, & supra to labour in vaine.

to Trauell, or be in labour of childe.

Parturire, Parere, Dare, Edere partus
Soluere molliter partus, liberos suos
Producere, in lucem dare
Educere fœtus
Reddere ventris onus
Ponere ventris onus
Ferre partus
Reddere semina concepta, vteri pignus.

to Trauell before the time, or to bring forth young before it be perfect, beasts we say to cast their young.

Immaturum fœtum edere
Abortire, Abortum parere
Abortare pro eodem, apud Iul. Fir.
Arborior, eris, vel iris
Abortiuum, abortum facere, ἐκτιτρώσκειν
¶ Abigere partum medicamentis
ἐκτίπτειν, eiicere infantem in vtero enectum
Coactè conceptum à se subire, Suet.
¶ Fœtum corrumpere
Et apud Phoc lydem φθείρειν βρέφος, ἔμβρυον ἔσω γαςρὸς
In vtero fœtum corrumpere
¶ Vitia contrahere abortiua, apud Solin.

an expert or great Traueller.

Qui plura loca calcauit, quàm vllus mulio perpetuarius, apud Sen.
Multum terris iactatus & alto, apud Virg.
Qui orbem peragrauit omnia emensus
Quique mali multum, multumque laborum fluctibus & bellis tulerit, Virg.
Rebus euariantibus iactatus & agitatus.

a Treasurer.

Gaza, Persica dictio
Thesaurus, θησαυρὸς, Græcè, quod repositus sit εἰς αὔριον, id est, in crastinum
Diuitiæ reconditæ, repositæ
Fiscus, Aerarium sanctius
Peculium authore, Celso pro ea patrimonij parte ponitur, quam quis in numerato & ad casus repentinos

nos repositum habet, vt refert Alciatus
Gazophylacium, vel Entheca gazæ, id est, thesauri repositorium, Thesaurarium August. vocat.

Arctos seu Vrsa maior, Elice

Luca, Sed nocte sopora Parthasis obliquos, Elice cum verteret arces.

Arctos, seu Vrsa minor, Græcorum lingua Cynosura, i. canis cauda nominatur, & Polus arcticus dicitur. Arcti duæ septentrionali polo nixæ vehuntur. Ouidius, esse duos arctos, quarum Cynosura vocatur Sydoniis, Elicem Gratia carina nocet.

Arctophylax.

Arctophylax, stellula iuxta maiorem vrsam, alio nomine Bootes & Arcturus, Cic. Arctophylax vulgo qui dicitur esse Bootes.

Argo.

¶ Argo, ἀργώ, nauis seu potius prima nauium ab Argo ædificata quam Iason in Colchos duxit. Eadem vocatur Pinus seu ratis Thessala Pegasæa, Pegasa ciuitate Thessaliæ
Est etiam signum cœleste.

Argos.

Argos vetus & nobilis vrbs Achaię, quæ quoque dicitur teste Plin. Hippium ab equorum præstantia ac Hippobotum. Iason & Dipsium Eustachio authore.

Argus.

Argus Aristoris filius
Aristorides patroni
Pastor centoculus, Ouid. Centum luminibus cinctum caput Argus habebat
Custos Iunonius Ouid. dicitur
Virg. & custos virginis Argus.

Ariadne.

Ariadne filia Minois regis Crætæ
Gnosia stella
Stella coronæ. Bacchi coniux dicta.

Aristoteles.

Aristoteles, Ἀριστοτέλης, Philosophorum Peripateticorum princeps. Sophos Stagiræus
Stagirites à Stagira patria
Anagnostes, ἀναγνώστης, propter infatigabilem lectionem, á Platone vocatus Diuinus, doctus.

Ascanius.

Ascanias Aeneæ fuit ex Creusa filius Hinc dictus Aenides. Virg. Sit satis Aenidæ
Dardanius puer, apud eosdem
Ilus à Troianorum rege, Hor. Postea Iulus à prima barbæ lanugine. Vnde Virg. lib. Aeneid At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo, Additur I Ilus erat dum res stetit Ilia regno
Formosus, pulcher, regius.

Assyria, vide *Babylonia*.

Astrologi.

Astrologi, quibus astra sunt à consiliis, Chaldæi Genethliaci γενεθλιακοὶ Mathematici
Horoscopij. Metoposcopi Planetarij, Gnomonici, Prognostæ ἀποτελεσματικοί. Astronomi. Consultis astris prædicentes futura
Horoscopi obseruatores
Syderum obseruantissimi
Mathematis Chaldæorum periti
Matheseos experientes
Sydereæ superstitionis professores
Emensores cœli
Naturæ certissimi exploratores
Secretorum naturæ consilij, curiosi obseruatores
Naturæ vestigia indagantes
Astrorum scientiam profitentes
Ignotas stellarum vias, orbesque tuentes ignotos
Astrorum syderumque meatus, cœli itinera, occasus & ortus signorum deliquia solis & lunæ callentes.

Athenæ.

Athenæ, arum. Ciuitas Græciæ inter Achaiam & Macedoniam. Cecrops primus Athenas condidit omnium bonarum artium inventricem. Philosophorum & Oratorum matrem, Poetarumque alumnamque à dicta Cecropia, & postea Mopsopia ac Ionia.

Porro

Porro Athenę à Minerua quę Græcis ἀθλιῶν
Vrbs attica, Posidonia
Agri munichii.

Athenienses.

Athenienses etiam dicuntur Athenæi, Attici, acti, Theæi, Thesiæ, Cecropii, Cecropidæ, Munichii, Mopsodii, Aeacidæ, Erichthęi, Erichthonii
Aegidæ. Marathonii
Crauai
Erichthidæ
Pandonii
Athenienses & Athenæi à Minerua quæ Athena Gręce dicitur
Attici & Actæi Acteo rege
Ouid.lib.1.Meta.Separat Anios.
Acteis Phocis ab aruis
Thæsæi & Thæside à Thesco filio Aegei Athenarum regis. Virg.lib.2. Georg. Præmiaque ingentes pagos & compita circum
Thesidæ posuere Martialis eadem ratione fauos Theseos vocat, i. Atticos, vbi ait, Massica Thęsæis tam bene vina fauis
Cecropidæ à Gecrope rege. Virg. lib. 6. Aenei. Tum pendere pœnas Cecropide iussi
Munichya erat Atheniensium nauale, vnde munichii dicti sunt Ouid. lib. 2. Metaph. Munichiosque volans agros, gratamque Mineruæ, Despiciebat humum
Mospii à Mosopo Athenarum rege, Ouid. lib. Metamorph. Moplopeum iuuenem sacros agitare iugales
Aeacidæ ab Aaco. Ouid. lib.8 Dant placidi cursum redeuntibus austris Aeacidis
Erichthæi & Erichthonii, ab Erichthæo & Erichtonio regibus. Ouid. lib. 8. Erichthęas Tritonidos ibat ad arces, eadem ratione vocantur Erichcidę
Aegidæ ab Aegeo Athenarum rege, Ouid.in epist. Inter & Aegidas media statueris in vrbe.
Marathonii à Marathone Atticæ campo, vnde Star. li. 3 Syl Erigonem vocat, Marathoniam Syl li.14.
Armaque fixa deis aut quæ Marathonius hostis perdidit. Sydonius. Et dum Mosopia stipantur per Marathonem
Carnaia à Carnao rege Athenarum
Codridæ à Codro rege quod se pro patria deuouit
Pandonii à pandone rege Erichthonii filio.

Atlantides.

Atlantides, Atlantis Mauritaniæ regis filiæ, ex Pleione Oceani filia, numero quindecim, quarum quinque Hyades sunt nominatę, reliquæ vero Pleiades. Virgiliades, Virgilię, Hesperides.

Attica.

Attica, regio Græciæ inter Achaiam & Macedoniam sita, in qua fuit vrbs Atheniensis, sic dicta ab Arthide Crani regis Athenarum filia. Acte quoque dicitur ab ἀκτὴ, quod littus significat. Nam magna ex parte littoralis est regio
Cecropia & Cecropis eadem vocatur, & possidonia a Neptuno dicta, qui Græce ποσειδῶν
Mopsopia, ac Ionia ab Ioue Xuthi filio
Pandionia quoque Sido. Qui Pandionum mouebat Orator caueam tumultuosus.

Augustus.

Auguſtus, menſis ob honore in Octauii Cæſaris ſic dictus, quum prius Sextilis vocaretur & adhuc ſit, vtpote ſextus menſis ab introitu ſolis in Arietem, Græcè βοηδρομιων.

Auror.

Aurora, Matura Eos. ἠως
Iubar pro aurora ponitur
Leucothea mater, parens Memnonis, Ouid.
Tithonia coniunx, Pallantias
Memnon, filius auroræ. Eous, coloratus
Aurora crocea, punicea, roſida, roſea luthea, nitida, fulgida, ambroſia, rubea.

Auſter.

Auſter. Notus idem Plinius lib. 18. Hæc aſtrum ventus dabat quem á Græcis Notum diximus vocari.

B

Babylon.

Babylon, hebraicè Babel, quod confuſionem Hebræis ſonat, prius dicta ciuitas regni Nembroth, gigantis, quod in ea regnauit, Chaldæorum metropolis est Meſopotamię Aſſyriæque caput, á Babylone quodam ſapientiſſimo Mędi filio fundata authore Cælio, purpuratam meretricem eandem vocat D. Hiero, Et D. Petrus apoſt. Romam Babilonem vocat ob ſcelerum ſentinam Neroniſque crudelitatem.

Babylonia.

Babylonia á Babylone ciuitate, aliter Chaldea vocatur & Aſſyria Babylonis regio.

Babylonij.

Babyl. Chaldæi, χαλδαῖοι. Cephenes prius dicti, á Cepheo patre Andromedę, & Arphaxa rei ab Arphaxat rege, vt ſcribit Ioſephus.

Bacchus.

¶ Bacchus Iouis & Semeles filius
Liber Lenæus pater, qui mentem lenit. Semeles puer, Horat.
Semelia proles, Ouid. Lyæus Iacchus, Euan, Bromius, Igeigena, Bimater, Dyoniſius, Iterum latus, Bis latus, Nyſæus, Tryoneus, Nictelæus, Genialis, Conſitor vuæ. Indetonſus: Eleleus parens Baſſaræus. Racimiſer, Proles, Semelea, Thirſiger.

Baccha.

Bacchę, Bacchides, mulieres Bacchi ſacerdotes. Sacrificulæ furentes, fanaticæ, Euantes, Euantis ſorores, Vide Mænade.

Baleares.

Baleares, Gymneſiæ, Inſulæ duę in mari Hiſpanico, Maiorica & Minorica
Barchimone, nunc deprauata voce, Barſilona. vulgo dicitur.

Batauia.

Batauia, quæ & Bethaſię, Hinc Batani, Bethaſij, qui Hollandi vulgo creduntur.

Belgæ.

Belgæ, Belgici, Galliæ Belgicę populi Germanis vicini.

Bellona.

Bellona Martis ſoror. Dea belli alio nomine Enyo, & Pallas dis, quod Pallantem gigantem interfecerit
Bellica virgo
Tritonia á Tritone palude
Minerua quod vim minetur
Metuenda virago, Bellatrix, Bellipotens, & Belligera dea, Bellicoſa Tritonia, Armiſona, Armipotens.

Bithynia.

Bithinia regio Asię minoris à Bithyno rege sic dicta, primum Bebrycia, postea Mygdonia à Migdonio rege, Ouid. Nunc quoque Mygdonia flebilis astat humo Claud. Thyni Traces erant quæ nunc Bithynia fertur, Salust. Maiorem Phrigiam dicit vocatum & á Turcis ex Tartaria venientibus occupatum.

Bithyni.

Bithyni Bithynici, Migdonii, Bebryaci & Bebryace penultima in differenti.

Biturici & Bituriges.

Biturici & Bituriges populi Galliæ Aquitanicæ, qui teste Plinio etiam Cubi dicuntur. Luc. Et Biturix longisque leues Axoner in aruis.

Bizantium.

Bizantium, Ligos olim Plin. lib. 4. In quo oppidum Bizantium liberæ conditiones, antea Ligos dictum nunc Constantinopolis, olim noua Roma Ethusa, Autonia, Vrbs Bizantia á Mantu.

¶ Bizantii, Bizantini, Constantinopolitani.

Bœotia.

¶ Bœotia. βοιωτία Græciæ regio, Ogygia, dicta ab antiquissimo rege Ogyge, Cadmeis, vt scribit Thucydides, ac Hiantis Aonia prius & Mesapia dicta authore Stephano.

Bœotij.

Bœotii, aliter Bœoti Luc. lib. 3. Bœoti coiere duces.

Phocæ phocaci á Phocide propinqua regione.

Hyanthæi á vetustis Bœotiæ populis Stat. lib. 1. Theb. Exul. Hyantheos inuenit regna per agros Oui lib. 5. Meta Ponte Medulæo, & Hyanthæa Aganippe Teumesii á Teumeso Bœotię monte Statius l. 2 The. Non alias tacita iuuenis Teumesius iras Mente acuit Thespiaci á Thespiis oppido Bœotię ad radicē Parnassi. Stat. lib. 2. Syl. Centum Thespiacis odora lucis Stent altaria

Helyconii ab Helycone monte Bœotiæ Musis sacro Statius lib. septimo.

Horrent Tyrrenos Heliconi plectra tumultus.

Cyrrhęi á Cyrrha oppido Phocidis Idem Statius lib. 7. Męnia Cyrræa monstrauit Apollo iuuenca.

Hippocrini sati ab Hippocrene fonte vocabulum est Sydonii Appollinaris.

Aganippæi, ab Aganippe fonte eiusdem loci Musis Sacro.

Aonii & Aonidiæ quoniam Aonia pars est Bœotiæ in montuosa.

Castalii á fonte Castalio.

Bononia.

Bononia Hetruriæ, Colonia, mater studiorum Felcina prius dicta vrbs felcina Mantuanus. Felcinea tamen vrbe senex donatus adibat.

Boreas.

Boreas, vide Aquilo.

Brabantia.

Brabantia teste Blondo Austrasia inferior olim vocabatur. Hinc Brabanti, Brabantini, Brabantici, Brabantigenæ quos Aduaticos Cæsar vocat in commentariis.

Briarius.

Briareus seu Aegeon gigas fuit centenis manibus.

Buscumducis.

Silua ducis.
Ducaria silua, nunc Buscumducis.
Hinc demominata Busciducentis.
Buschius Boschius, Nemius à nemore, & à silua Siluius, quod Latinorum regum fuit cognomentum.
Sylua ducensis, apud Eral.

C

Cadmus.

¶ Cadmus rex Phœnicum & filius Agenoris Characteres sedecim litterarum inuenit teste Plinio. Agenorides Oui. Sydonius hospes. Agenore natus. Antoneius heros.
¶ Caletum, Caleficum, Gessoriarum. Cales.

Calabria.

Calabria olim Iapygia. Mespia. Salentina.

Callisto.

Castillo Licaonis regis filia, quæ à Ioue compressa grauidaque effecta Arcadem filium in syluis peperit à quo postea Arcada dicta est. Elice Perrhasis. Vrsa maior. Nonacrina virgo, Lycaonias.

Camena, vide *Musa.*

Canopus.

Canopus vrbs. Aegypti nunc Dammiata.

Capitolium.

Capitolium, καπιτώλιον, Mons, Tarpeius, Ars vel rupes tarpeia. Templum Iulium Saxum Tarpeium.

Cappadocia.

¶ Cappadocia Pontica regio, prius dicta Leucosyria, hinc Cappadoces, Cappodoci & Leucosirij

Carteia.

Carteia cuius frequens mentio apud Cæsarem & Oppium de bello. Hispaniensi, oppidum est Hispan e alio Nomine Tartesius seu Cartesius, Græ. Cartesius dicitur.

Carthaginenses.

Carthaginenses vocantur Tyrii à Tyriis colonis, quos illuc adduxit Dido post Sithei mortem. Vir. Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni, Carthago.
Carchedonii Cadmæi, quoniam Tyrii & Phœnices descenderunt à Cadmo Syl. lib. 1. Sacri quum perfida pacti Gens Cadmæa super regno certamina mouit.
Asdrubaliani ab Asdrubale duce verbum est Sidonii.
Elisæi ab Elisa Didone.
Byrsici quoniam Carthago prius dicebatur Byrsa à Corio: Sido. Spernis Elisææ Byrsica tecta domus. Pœni, Punici, Aphri, Aphrici.

Carthago.

Crrthago ipsa vocatur, Byrsa & Carchedon. Syl. lib. 2. Quis procul à Tyria dominos depellere Bersa. virg. lib. 1. Aenei. Mercatique solum facti de nomine Brysam Claudia, in Eutro Baccatus per opera tremor Carecedona mouit.
χαρχέδων, Cadmea.

Cassandra.

Cassandra Priami ex Hecuba filia, vates ab Apolline facta, sed quoniam promissis non stetit, iratus deus fecit vt illius vaticiniis nulla fides adhiberetur. Briseis & Lyrnesia virgo nuncupata.

Castor.

¶ Castor & pollux Iouis & Lædę filii Lædęi dii.
Tindarei, Amyclæ fratres.
Dioſcori διόσκοροι, i. Iouis pueri vocantur Helenæ fratres.
Oebalidæ, gemini. Stat. Ambiguo viſus errore laceſſunt, Oebalidæ gemini.
Tyndariæ Tyndari. Cygnigenæ.
Therapnęi. Oebalii fratres, Statius Oebali fratres pontuſque poluſque ſerenus, Sydus amiclæum.

Centauri.

Centauri, Lapithæ, ſemiuiri, ſemihomines, ſemimaresq́, nubiginæ. Ixionides. Ixione nati, Bimembres.

Cerberus.

¶ Cerberus ianitor inferni, monſtrum triforme, Triceps, Trifaux, tergeminus, inferus canis, echidneus, ſtygius, rabidus.
Lachrymoſæ ianitor aulæ.
Tartareus cuſtos.
Ianitor Orci, apud Virg.
Triforme monſtrum.
Ditis auernalis canis inſomnis, impauidus, Peruigil.
Multiceps Belua,
Corripit obiectum cuſtos Plutonius offam.

Ceres.

¶ Ceres, dea frugum, Saturni & Opis, habebatur filia Alumna terrarum, Demeter δημήτηρ dicta quaſi gemeter. i. terræ mater ac Eleuſina mater, ſpecifica, munifica, fœcunda, flaua, Teſmophora. Ops Cybelle Saturni coniux. Berecynthia Bona dea, Cypria, Cyprigena, Cithera, Acidalia, Paphia, Dionea.
Ceres Alma apud Virg. ab alendo, quod nos alat.
Ouid. Et frugum genetrix immenſos ſiſte labores.

Chalcis.

Chalcis. Nigropontus Eubæa, nunc Nigraponte vocatur mercatoribus Hinc Chalcidici Euboici.

Chalicut.

Chalicut ab aliis Calocutium & Calocuta, Indiæ Emporium celeberrimum.

Charon.

Charon fingitur Erebi & noctis filius.
Acherontis nauta, trientis animas tranſuehens ad inferos. Virg. in 6. Portitor ille Charon hi quos vehit vnda ſepulti.
Stigius ſenex, ſqualidus, triſtis.
Aterque paludis nauita tartareæ.
Omnes expectat auarus portitor.
Cares aliter Baubaſij, & mulieres.
Bubaſides. Ouid. lib. 9. Bubaſides videre nurus. Et Mauſoli, à Mauſolo rege Carię prius dicti Leliges.

Chiron.

Chiron Saturni & Phillirę filius dimidia ſui parte equus, reliqua homo, vnde Centaurus dictus. Philyrides. Philyrius heros. Semifer. Monſtrum biforme. Sagitarius. Aemonius arcus.

Chriſtus.

Chriſtus, id eſt, vnctus.
Meſſias, Meſſiah Hebræis
Verbigena, Vnigena.
Soter. σωτὴρ, i. ſaluator ſeu Seruator Salutifer, Archiater. ἀρχίατρος.
Medicorum princeps à D. Hieron. dictus.
Αλεξίκακος mala quæque pellens Hinc nos nomina dedimus Chriſtiani Chriſticolæ, Chriſtidaes, Chriſtigenæ.

Cicero.

¶ Cicero parens eloquentiæ, & vt Catullus scribit Disertissimus Romuli nepotum Pater eloquii Pater patriæ. Iuue. Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Et eloquium Arpinatis, id est Ciceronianum. Eloquium damus Arpinatibus aurem.

Circe.

Circe Solis & Perse nimphæ filia, veneficiorum peritissima. Phasis Idos Titanos idos dicta.

Clinia.

Clinia. Cleuania.

Colonienses.

Colonienses. Agripinates vbiuii.

Constantinople, vide *Bizantium.*

Corcyra.

Corcyra, med prod. Græce Cercyra κέρκυρα, Insula mari Adriatico vicina prius Melena dicta & Drepane á Cerere.

Item Macris, á Macride, & Scheria nec non Phæacia nunc Cerphu vel corsumum vocatur, sub Venetorum ditione.

Corinthij.

Corinthii vocantur Corinthii & Corinthiaci. Ouid. lib. 15. Iamque Corinthiaci carnebam littora ponti.

Cypselidæ á Cypselo Ixionis filio, Virg. in Cypr. Cypselidæ magni florentia regna Corinthi.

Ephyriæi. & Ephyreii, quoniam Corinthus prius vocabatur Ephyre. Luc. lib. 9. Incedit castris, Ephyreaque mœnia seruat.

Isthumiaci & Istumii ab Istmo terra angusta prope Corinthum, quæ separat Aegeum mare ab Ionio. Stat. lib. 2. Syl. Talis in Isthmiacos ploratus ab equore portus.

Cenchrei á Cenchri, portu Stat. lib. 4. Theo. It comes, Inoas Ephyte solata querelas Cenchreaque manus.

Cretenses.

Cretes, Cretenses aliter dicuntur.

Cræteí Virg. lib. 3. Aeneid. Tertia lux classem Creteis sister in oris.

Cressii, Idem lib. 4. Quam procul incauta memora inter Cressia fixit Pastor, agens telis.

Cressi Idem l. 5. Cressus genus Pholœ.

Gnosii á Gnoso vrbe Cret. Virg. lib. 6. Æn. Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna. Gnosiaci. Ouid. 8. Gnosiacæque hęret comes inuidiosa carinæ.

Dictæi á dicte vrbe Cret. Virg. 3. Aene. Dictæa negat tibi Iuppiter arua.

Lictii á Licto vrbe Cret. Virg. lib. 3. Aeneid. & Salentinos obsedit milite campos Lictius Idomeneus, Cydonæi Cydonii. Cydones Cydoniaci, á Cydone vrbe; Cret. Ouid. lib. 8. Arinaque equosque habitusque, Cydonæasque pharetras Stat. lib. 4. Theb. Terga Cydoniaca Corythos arundine pulsat.

Ariadnei ab Ariadne Minois filia.

Minoii á Minoe rege Ouid. in Epist. Phedre En ego nunc ne forte parum Minoia credat.

Androgeonei ab Androgeo filio Minois.

Gortynii, & Gortyniaci á Gortina vrbe Stat. lib. 4. Theb. Arbiter hos dura versat Gortynius vrna.

Dories. δοριεῖς, Dorii & Dorienses quoniam tempore belli Troiani Dorici venerunt in Cretam duce Althimene, ibique decem vrbes condiderunt.

Creta

Creta.

¶ Creta vel Crete, es, insula quæ hodie Candia appellatur, est sub Venetorum ditione centum vrbibus olim clara fuit, vnde Gręcis vocabatur ἑκατόμπολις, Mant. vrbibus inclyta centum Creta ideo dicta à Græjs Hecatompolis olim, Vocatur quoque Terra Curetis, à Curetibus qui in ea habitarunt: Ouid. lib.8. Vt egressus ratibus Curetida terram contigit. Gnosia, gnosiaca, retea, dictea, minoia, actea, cydoneia, gortyniaca tellus

Terra Gortynis, vocatur etiam Aeratia & Macaros. Plin. lib.4. Male ores Crates primum Aëram dictam, deinde posteriori Curetim appellauere. Et Macaron nonnulli á temperie cœli appellatam existimauere.

Cupido.

Cupido deus amoris, Puer pharetratus Cęcus amor. Ignis indomitus Cypria proles Veneris natus. Alatus deus, Cęcus, Alipes.

Cumani.

Cumani aliter Cumæi, κυμαῖοι, á Cuma oppido Italiæ iuxta Neapolim.

Cybele.

Cybele, Cœli & terræ filia, Saturni vxor, aliter vocatur Opes, Dyndimene, Bericyntia, Pales, Corsica, Cyrnos, Plin. in mari Lygustico, est Corsica quam Græci Cyron appellauere

Carmenta & Carmentis, Nicostratæ propriè.

Cyprus.

Cyprus, insula á Cypro filia Cyniræ sic dicta, Tellus Veneris quoque appellata, Mant. Et Veneris tellus pulcherrima Cypros

Cerastios & Ceraftias, á multis promontorijs vocabatur prius, ac Amarusia

Specea quoque & Armantis authore Strabone, ab Armante monte Cypri.

D

Dacia.

¶ Dacia, δακία, Valachia nunc Blachia vocatur, Hinc populi, Daci & Dacę.

Dalmatæ.

Dalmatæ, Dalmatici, Liburni, Illyrij, Vide Illyrici.

Danubius.

¶ Danubius, Ister, Adubanus prius dictus & Mento.

Daphne.

Daphne Penei fluuij filia, quæ cum vim Apollinis non posset effugere, implorato paterno nomine conuersa est in Laurum. Dicitur Peneis, Peneia virgo.

Dauid.

Dauid, Psaltes sacer, regius, ac egregius Vates, propheta regius, sanctissimus Psalmographus, ψαλμόγραφος

Vaticinus rex, Psalmicen sanctus, Cui prima inter vatidicos est gloria. Vates, Psalmicus cantor, Filius Isai quem græci Iessæ vocant, hinc Iessæa soboles.

Delos.

Delos Cycladum omnium clarissima, in qua Latona Apollinem & Dianã dicitur esse enixa, appellata est Ortygia,

Ortygia, à multitudine Coturnicum: Virg lib. 2. Aeneid. Linquimus Ortygię portus, Aſtria, Cynthia, Lagia, Chamydia, Cynethus, & Pyrpile ab igne ibi reperto, Delphica tellus, Phœbi patria.

Demophoon.

Demophoon Theſides & Theſei filius dictus, fuit rex Athenarum.

Deus.

Deus. Θεός
Numen diuinum
Spiritus diuinus. Supremus Deus
Mundi rector, creator, fabricator, κοσμοκράτωρ, ſummi domini numen, θεῖον τό.
Diuinitas mundi, moderatrix τὸ θεῖον, θειότης
Omnipotens. παντοκράτωρ
Victor lethi, id eſt, mortis
Verè optimus maximuſque κράτιστος, ἄριστος καὶ μέγιστος, quæ Gentilitas Ioui falſo tribuit
Diuum atque hominum rex
Maximus cœlicolum
Cœli terręque rex
Princeps generis humani
Verè Panomphęus, πανομφαῖος
Omnium voce colendus, celebrandus, μέγιστος ἀρχιερεὺς, ſummus diuinus, diuus, cœleſtis, immortalis, infinitus, æternus, ſalutifer, ſempiternus, inacceſſus
Empyræus, omniſator, altitonans
Aſtripotens, apud Mant.
καρδιογνώστης. Scrutator cordium, inſpector pectorum
δωτὼρ ἐάων. Largitor bonorum munificentiſſimus
Vindex quoque ſcelerum & contumaciæ

Dialectica, vide *Logica*, *Diana*.

¶ Diana, Venationis & Syluarum dea. Phœbi ſoror
Cuſtos, cultrix nemorum. Delia. Latois, Latonia Triuia, Virg. Aſtrorum decus, nemorum Latonia coniux. Phœbe
Latonigena. Cynthia
Thoantæa dea, apud Ouid.
Virgo potens nemorum. Caſta, innupta Pharètrata, noctiuaga, ſalticola. Vide Proſerpina
Studioſa pharetræ, Iaculatrix, venatrix, arcitenens.

Dido.

¶ Dido lingua Phœnicum viraginem ſonat, quod ſe in ignem præcipitando virile quid fecerit
Eliſa dicta & Phœniſſa
Agenoris, Agenore nata. Sidonis Tyria. Sichęi coniux.

Diomedes.

¶ Diomedes Tydei filius, Gręcorum fortiſſimus, Aetolięque rex
Oenides, Ouidio dicitur
Tydides Virgilio
Aetolius, Chalidonius heros, apud Stat. Vide Tydeus.

Diuini.

¶ Diuini, Diuinaculi. Atioli
Afflati. ἔνθεοι
Vates. μαντεῖς
Vaticinantes, Faticidi, Magi
Extiſpices. Aruſpices
Auſpices. Augures
Geomantes, Pyromantes
Axiomantes. Diuinatores
Futurorum præſcii
ἐγγαστρίμυθοι ἐγγαστρίται
Pythoniſſæ, Pythonici, quaſi Apolline pleni, id eſt, qui inſtructu dęmonis futura coniectant, Lesbius prylis, Curetumos, prouerb.

Dryades.

Dryades Nymphæ ſyluarum præſides, Hamadryades.

Dyrrachium.

¶ Dyrrachium, Epidamnum, Plin. Epidamnum colonia, propter inauſpicatum nomen à Romanis, Dyrrachium apellata.

E

Eccho.

Eccho. Vox reſona. Nympha vocalis.

Ediſſa.

¶ Ediſſæ, quæ nunc Reges Medorum in hiſtoria Thobiæ vocatur.

Eduenſes.

¶ Eduenſes, Edui, Aguſtudinenſes, Galliæ populi.

Emaus.

¶ Emaus triſyllabum. Iudeæ vrbs alio nomine Nicopolis Caſtellum vbi Chriſtus cognitus eſt in fractione panis.

Epirus.

Epirus, ἤπειρος, ſonat terram firmam, ſeu continentem, regio quæ prius Moloſſa dicta, hodie cum maxima Macedoniæ parte vocatur Albania à Chaone Heleni fratre Chaonia, Chaonis terra prius dicta
Hinc Epirotæ, Epirotici, Leucadij à Leucade promontorio
Actij & Actiaci, ab Actio oppido
Phocæi, Phocaici. Chaonij, Dodoniginæ, à Dodona vrbe Chaoniæ
Moloſſi, Pyrrydæ, quod in ea Pyrrhus olim regnauit.

Epicurus.

Epicurus Athenienſis Philoſophus

Neoclides à Necole patre. Senex Cecropius, Carterius apud Mart. & Stat.

Equus.

¶ Equus troianus, Equus fatalis Duratheus, Dardanius, Epæi machina.

Eridanus.

Eridanus fluuius Italiæ fœcundus, & nobilis, Padus aliter dictus
Parens, princeps fluuium, Virgilius fluuiorum rex Eridanus.

Erigone.

Erigone. Icara filia
Icaris Marithonia virgo.

Eero.

Eero puella formoſiſſima fuit ex ſeſto Thraciæ vrbe, Veneris ſacerdos Seſta puella dicta ab ortu loci.

Eſau.

¶ Eſau dyſſyl. vel in carmine triſyl, alias Edom & Seir.

Euander.

¶ Euander, Mercurij filius, Nonacrius, ſeu Palantius heros, Ouid.

Euboia.

Euboia, εὔβοια, ſiue Eubœia; inſtula in Mare Aegeo oblonga, ideoque Macris dicta
Terra aut ore Eubois: Statius in Achilli. Quatitur naualibus ora Eubois. Vide Chalcis, quæ Eubœa vrbs olim etiam Eubœa vocabatur.
Hinc Euboici, Capharæi, Abantij. Tanagæi à Tanagryo Euboiæ ciuitate Stat. lib. 9. Prima Tanagræum turbauit arundo Corœbum.

Eumenides.

Eumenides furiæ infernales. Acheronis natæ. Nocte genitæ, Vipereæ ſorores

forores. Anguicomæ forores Penarum deæ triplices, Quarum nomina sunt, Alecto. Tisiphone Megara.

Eupatoria.

¶ Eupatoria Paphlagoniæ ciuitas, Pompeiopolis iam dicitur.

Europa.

Europa tertia pars orbis, ita dicta ab Europa Agenori, Phœnicum regis filia Agenore nata.

F

Februarius.

Februarius mensis extremus anni, vt Cicero scribit, quod extremo anni mense populus februaretur, id est, purgaretur
φιβρυαριος, & ἐλαφηβολιον, Græce.

Flandri.

Flandri, Flandricolæ, quos vulgo Flamingos vocant
Neruij vnde impræsentiarum nomen ciuitatis Aldenardiæ manet
Morini quoque dicuntur, licet propriè Terwanenses sint in finibus Galliæ Belgicæ versus occidentem. Virg. Extremiq; hominum Morini.

Florum dea.

Flora. Chloris, Zephyritis Dea florum. Vxor Zephyri

Fontes.

Fontes & fluuij Musis sacri. Caballinus fons. Pegaseus fons Medusæus fons Aganippe. Hippocrene. Libethreus fons. Pimpleius fons. Phocidos lacus. Permessus fluuius Chephisi vada. Eurotas.

Furiæ infernales.

Furiæ infernales
Furiæ flammiferæ
Eumenides Stigiæ
Erynnes siue Erynnies anguibus implicitæ
Numina malefica
Orci satellitum, Alastores
Sorores anguicomæ, furentes.

G

Galli.

Galli, Gallicani, Galligenæ
Galatæ, Sequanici, Sequanidæ, Franci, Francigenæ, Liligeri.

Ganymedes.

Ganymedes, Trois filius formosissimus puer fuit, quem quum Iupiter deperiret, in cœlum ab Aquila portari iussit, & sibi à caliculis esse, puer Phrigius, Ideus & Pincerna Iouis.

Garamantes.

Garamantes, γαράμαντες, Garamantici Libyæ populi; matrimoniorum expertes
Areniuagi à Mant. vocantur
Sati Animone, id est, Ioue Nigri perusti inculti.

Geldri.

¶ Geldri, Gelrij, Menapij, Geldrenses.

Genuenses.

¶ Genuenses ac Genuani, γενυαται Ligures, Ligustici, & Ligustij. Sidonius, Qui Ligustiis Euganeisque montibus oriebantur. Assueti malo laborique Ligures.

Gigantes.

Gigantes, fratres Phlegræi, à Phlegra loco Thessaliæ, in qua Gigantes à Ioue fulmine percussi
Titanes, Titanij, id est, Titani & Ter-

ræ filii gigantes omnes impij Anguipedes. Serpentigeri, Ætnei fratres. Centimani, Mant. Dii veteres qui Centimanos vicere gigantes.
Ventrimani. Theomachi, apud eundem. Ioseph. & D. August. scribunt gigantes ex dæmonibus incubis progenitos, quos Terræ filios vocat Moses.

Glaucus.

Glaucus, Deus marinus, maris numen, Minois filius, hinc dictus Minous, Biformis, Dictæus, Perniades & Porniæus.

Gorgon.

¶ Gorgon, Medusa, Phorcynis, terrifica, anguicoma.
Serpentiferum monstrum.

Græci.

Greci, Graii.
Mendociorum parentes. Crinito vocantur Graiugenę.
Argæi. Virg. in opuscúlis: Septima iam Argæis stabulis impensa laboris.
Argiui, Argolici, Dorii.
Dorci. Dorienses, Pelasgi.
Pelopæi & Pelopidæ á Pelope filio Tantali. Virgilius lib. 2. Aeneid. Vltra Asiam magnam Pelopæa ad mœnia bello Venturam. Stat. lib. 10 Ad patrias fusę Pelopides aras.
Hellines. ἕλλῖωες.
Achillæ & Achillidæ ab Achille.
Argolę, apud Euripidem.
Achæi, Achiui, Achaici, Inachi, Inachij, Inachidę, ab Inacho Argiuorum rege, patre Isidis, Ouid. lib. 5. Fast. Littus ad Inachium puluis inanis eam. Stat. lib. 1. Theb. Qua nostæ cecidere animæ stupet Inacha pubes. Idem lib. 5. Lectique potentes Inachidæ.
Agamemnonii, Agamemnonidæ ab Agamemnone. Virg. lib. 6. Aenei. At Danaum proceres Agamemnoniæque phalanges.
Acrisionei ab acrisio rege Argiuorum Abantis filio, Ouid. lib. 5. Me. Achrisionæas Prætos possiderat artes.
Abantæi, & Abantiadę ab Abante Argiuorum rege patre Acrisij. Ouid. lib. 15. Nuper Abantæis templo Iunonis in Agris.
Thyestæi à Thyeste filio Pelopis.
Mecenæi à Mycenis vrbe. Ouid. in Epist. Briscidis. Nulla Mycenum sociasse cubilia mecum iuro.
Menelaii à Menelao filio Atrei.
Phoronidæ & Phoronæi à Phoronio Inachi filio & Argiuorum rege
Parsei á Perseo Acrisii nepote. Stat. lib. 1. Theb. Perseus alter in agros Scinditur Danai Danaii. Idem Tunc sedet Inachias vrbes, Dananeæaque regna.
Dolopii á Dolepibus Greciæ populis. Valet. Flac. Vidisse putant. Dolopiaque bust.
Iasidæ ab Iasio filio Abantis Argiuorum regis.
Tantalidæ á Tantolo.

Gracia.

Græcia appellata á Græco qui in ea regnauit primus, á cuius filia vocata est Artis: dein ab Hellene Deucalionis filia dicta fuit Hellas ἕλλας.
Achaia, Pelasgia Dulichia pro Græcia ponuntur & vsurpantur, Docta solers, fallax, vana, mendax. Iuuenal. Et quicquid Græcia mendax. Audet in historia.

Grammatica.

Grammatica, Ars Palemonis siue Palemonia Iuuen in Satyr. Odi hanc ego quæ reperit voluitque Palæmonis artem.

Gratia

Gratiæ, Charitates. χάριτες, tres Iouis filiæ suaues blandę, blandientes, elegantes. Acidaliæ sorores.
Orchameni deæ triplices, vocantur Autem Agalia. Thalia. Palythæa vel Euphrosine.

Grues.

Grues, γέρανοι. Palamedis aues apud Mart. Aues Bistoniæ. Strimoniæ, Threiciæ.
Naupliadæ volucres apud Polit. altiuolantes, aereæ, querulę. Vipiones sunt grues minores.

H

Harpiæ.

Harpiæ rapaces dæmones, dicuntur autem fuisse Neptuni & Terrę filiæ, ac in Insulis habitare. Virgilius tres esse dicit. Aello. Ocypete & Celæno.

Hector.

Hector. Troianorum fortissimus, Priami filius, Priamides inclitus, impiger, belliger, atrox animosus.

Hecuba.

Hecuba Priami regis vxor.
Priameia coniux, apud Ouid.
Cisseis vocatur Virgilio lib. 7. Cisseis prægnans ignes enixa iugales.

Helena.

Helena, Tindari regis Laconiæ & Ledæ filia, tantæ venustatis, vt fuerit admirationi cunctis, teste Demetrio Mosco.
Tindaris Virgilio dicitur.
Oebalis, Oebalia pellex Ouidio vocatur ac Menelais vtpote Menelai vxor. Lacedemonia, Ledæa formosa, candida, bis rapta.

Helle.

Helle, es filia Athamantis regis Thebarion. Nepheleis Athamantias.

Heraclea.

Heraclea Bosphorana ciuitas olim vocabatur Perinthus. Mant quæ magna Perinthus. Ante fuit priscum mutauit Heraclea nomen. Nunc carpe.

Hercules.

Hercules. ἡρακλῆς dicitur quoq; Alcides, à bellica virtute & Amphitryoniades, quoniam credebatur filius Amphytrionis & Amphytrionius puer, apud Mant.
Alemena matre creatus, Ouid.
Monstrorum, ferarum domitor.
Clauiger gygas. Heros Thebanus.
Dictus Tyrinthius ab vrbe vetusta Achaiæ.
Cleoneus à loco vbi leonem interfecit. Lucanus. Ille Cleonæi proiecit terga leonis. Proles Iouis.
Oetæus, οἰταῖος, ab Oeta monte inter Thessaliam & Macedon. Signum quoque cœleste Hercules quod Engonasin vocatur, Latinè Ingeniculus, Indonatus, Inuictus.

Hesiodus.

Hesiodus ex Asia Bœotiæ vico oriundus. Hinc dictus Ascræus senex Virg.
Ascræus, Bœotius, Heliconius vates, Politia. At ibi Dædalios monitus Helliconie vates, Præceptor arandi. Ouid.

Hetruria.

Hetruria.

Hetruria, alio nomine Thuſcia & Hetruſcia ac Tyrthenia. Vmbra quoque Thuſciæ pars Hinc Vmbri & Vmbrij, Thuſci Etruſci, ac Tyrreni.

Hippedamia.

Hippodamia, Briſæ filia ex oppido Lyrneſio, Briſcis & Lyrneſia virgo dicta.

Hyppolytus.

Hippolytus cœlibem ducens vitam, mulieres conſtanti animo ſpernebat. Theſei & Hippolitæ Amazonis fuit filius Theſeides & Theſeius heros dictus.

Hiſpalis.

Hiſpalis Beticæ Hiſpaniæ vrbs clariſſima, cognominata Romulea, ob amicitiæ fœdera cum Romanis Sibilia nunc vulgo dicitur.

Hiſpania.

Hiſpania, ἱσπανία & σπανία cuius meminit D. Paulus cap. 15. ad Rom. primum dicta Iberia. ἰϐηρία. ab Iberio fluuio dein Heſperia vltima ab Heſpero Atlantis fratre, poſtremo ab Hiſpali Hiſpania, quæ quoque Tarteſſia tellus dicitur.

Hiſpani.

Hiſpani Iberii, Iberiaci. Virg. Tyrrhenoque boues in flumine lauit Iberos

Beticolæ & Betigenæ, Syllius lib 8. Beticulaſq; viros ſpatiis agitabat iniquis

Hiſperii Tarteſſii & Tarteſſiaci à Tarteſſo vrbe Gadibus vicina.

Homerus.

Homerus Græcorum Poetarum maximus prius dictus Maleſigenes, deinde à cæcitate Homerus ὅμηρος quod cæcum ſonat lingua Ionica, Aliter dicitur Mœonides Mœonius vates

Homerus quoque dictus Colophoniatus & Colophonius ab vrbe Mæoniæ Colophone vnde originem traxit. Bap. prius & Colophoniaco iunctus Maro. fulget Homero.

Horatius.

Horatius ab orando ſic dictus, aliter flaccus à pendulis auribus Venuſinus poëta.

Hungari.

Hungari qui modo Huni ſeu Hunni Scythię populi olim vocabantur Claud. Nam parat inſidias qui nos aut turpibus Hunnis.

Paunonij, quoque dicuntur, Stat. Pannoniuſque ferox

Pannois, idos, apud Luca. idem quod Hungarus Græci παίονας Hungaros vocant.

Hyades.

Hyades, ὑάδες, quæ & Suculæ ac Atlantides dicuntur ſeptem ſtellæ in cornibus & ore Tauri quæ quoties naſcuntur vel occidunt, pluuias, creant. Triſtes, Imbriferi.

Hypermneſtra.

Hypermneſtra. Vna fuit ex quinquaginta Danai filiabus, quæ (quum ſorores omnes maritos ſuos nocte interfeciſſent iuſſu patris) ſola maritum ſuum Lynceum nomine ab inſidijs liberauit Danais, & Danai filia appellata.

Hyrcani.

Hyrcani, Caspij. Asiatici populi iuxta Mare Caspium.

I

Ianus

Ianus bifrons, in somnis peruigil.

Iason.

Iason, filius fuit Æsonis, hinc dictus Æsonides Ouid. Æsonidem mutasse velim quo coniuge fœlix ...
Æsone natus Pegaseius heros
Aemonius seu Aesonius iuuenis vtrumque apud Ouid, Iolciacus heros
Superbus, periurus, prædo, efferus.

Iaziges

Iaziges. Septem castrenses.

Icarus.

Icarus. Ἴκαρος. Dædali filius
Dædalides. Dædaleus puer
Glarea Implumisque volucer, Dædaleusque puer, audax, temerarius
Stephano authore, Insula vocatur
Icarus, quæ prius vocabatur Maeris.

Icaria.

Icaria insula in mari Icario, Doliche, Ichthyœssa, nunc Nicaria, vna cycladii.

Ierusalem.

Ierusalem, Hierosolymæ
Solyme, & à Melchisedech constructa Salem. Iebus prius dicta
Elia quoque vocata ab Ælio Adriano reparatore, & Zion à monte in quo arx Dauid annexa Hierusalem
Hinc Hierosolymæ, Ierosolymitani, Solymi, Gens Solymæ.

Iesus.

Iesus. Saluator Seruator. Soter. σωτὴρ à σώζειν saluare, hinc dictus est Christus quod cunctis salutifer venit. Qui per aspirationem scribunt: Iheius bene scribunt est enim dictio Hebraica non Græca ex Iod. He Vau, He, tetragrammaton, & ineffabile, pro quo semper adonai pronunciant Hebræi. Porro Græcis ἰησοῦς trisyllabon est
Nazareus dictus ab oppido Nazareth in quo habitauit, & sonat, consecratum. Vide Christus, & Deus.

Illyrici.

Illyrici, Illyrii Taulantii: Sillius, lib. 15. Quaque per Illyricum Taulantiue incola littus
Dalmata Slaui, Slauonis
Dalmatici, Liburni.

Illyria.

Illyria. ἰλλυρὶς, Illyris & Illyrium, Liburnia, Dalmatia, nunc Sclauonia.

Inarime.

Inarime, Aenaria, Pythecusa, authore Plin. Aenaria à statione nauium Aeneæ. Hodie vocatur Ischia.

Indi.

Indi, Indici, Gangetici, quod prope Gangem habitent: Lucan libro 4. Et quas senxit Arabs, & quas Gangetica tellus. Dicuntur etiam Nysæi à Nysa vrbe Indiæ, & Hydaspæi ab Hydaspe, Sydoni: Frangat Hydaspæus aries impactus, Erithras
Ardentes, Sitientes, colorati, fusci, nigri, Eoi dites.

India.

India, ab Indo fluuio nomen habet, maxi-

maxima orientalis regio Asiæ terminus
Terra Gangetis, Gangetica
Terra Euphrat. 6.

Infernus.

Infernus, Auernus
Erebus, Tartarus
Plutonius. Cocytus, Acherusius, Phlegetontius, Stygius, Acherontæus, Læthæus, Ocrius lacus, fluuius, amnis
Gehenna, Græci scribunt sine aspiratione mediam
Orcus. Orcæa Charybdis
Stygia palus
Inferus, profundus, imus, mœstus, tristis, ater, piceus, opacus, horridus, auarus
Auernalis amnis
Infernalis, Tartareus, Herebus. Reliqua pete ex priore parte Synonimorum, *Hell*
Inferni iudices
Æacus, Radamanthus. Minos.

Ino.

Ino, filia Cadmi
Cadmeia proles
Nutrix & matertera Bacchi.

Insubria.

Insubria, regio Cisalpina, quæ Togata quoque dicitur, nunc verò à Longobardis, qui ducentis eam annis occuparunt Lombardia vocatur, cuius Metropolis est Mediolanum. Hinc Insubres ἴνσυβροι, populi Cisalpinæ Galliæ.

Io.

Io, Inachi fluuij filia: Inachis Inachia proles. Phoronis, idos.
Bos Pellex.

Ioppe.

Ioppe, ἰόππη, vrbs Palestinæ maritimæ, D. Petri miraculo clara, omnium ciuitatum antiquissima; vtpote ante diluuium condita, teste Plinio Nunc vocatur Iaphe portus pereginorum, à Iaphet filio Nohe.

Ioseph.

Ioseph, Vir Mariæ virginis, vt est apud Mattheum in genealogia saluatoris
Nutricius Domini
Fatidicus Iuuenis, Mant.
Multiplices casus & longa pericula cernat, Fatidici iuuenis: Canabæus castus, formosus.

Iphigenia.

Iphigenia. Ipphianassa, Lucretius. Iphianassæo turparunt sanguine Fœdæ.
Mycenis. Ouid. vocatur lib. 12. Metamorph.
Agamemnonia puella, Propert.
Pelopeia virgo.

Iris.

Iris, ἶρις. Arcus cœlestis
Iunonis nuncia
Pluuius describitur arcus, apud Horat. Multicolor, pupureus, nubilus, nymbosus, imbrifer, arcus discolor, picturatus, aquosus
Thaumantias, Thaumantis proles
Thaumantica virgo.

Ismaelita.

Ismaelitæ, ab Ismaele filio Agar, ancillæ Abrahæ, quos Moyses Madianitas vocat. Euseb. Agarenos seu Saracenos

Ister Scythia fluuius, vide *Danubius*.

Italia.

Italia, Hesperia maior, ab Hespero Atlantis fratre
Oenotria, ab Oenotro rege Sabinorum, Virgil. Est locus Hesperiam Graij cognomine dicunt, Oenotrij coluêre viri, nunc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem. Idem. Hinc Italæ gentes omnisque Oenotria tellus in dubiis responsa ferunt
Latium, quod ibidem Saturnus latuerit: Virg lib. 8. Latiumque vocari maluit, his quoniam latuisse tutus in oris
Saturnia à Saturno: Ouid. lib. 1. Fast. Inde diu genti mansit Saturnia nomen
Terra Ausonis & Ausonia ab Ausone Vlyssis filio: Ouid. lib. 2. Fast. Captaque erat lyricis Ausonis ora sonis
Itala terra seu ora Italis, Ouid. lib. 2. de Ponto Mœstisque cadentes
Excepit lachrymas Italus ora genis
Ausonium solum
Romana, Romula, Itala tellus
Magna Græcia Italiæ pars, à Tarento vsque ad Cumas olim vocabatur, Ouid in Fast. Itala nam tellus Græcia maior erat
Terrarum alumna, vrbibus frequens, populosa, antiqua, potens, fertilis, grauida bellis.

Itali.

Itali, Italidæ, Italici. Ouid lib. 14. Littore in Italico Messenia mœnia contra, Latini
Laurentes, Lauinij, Laurenti Tyrrheni, Laurentij, Latiales
Ausones, Ausonij, Ausonidæ: Lucanus lib. 9. Grata vice mœnia reddent Ausonidæ Phrygibus.

Iudæi.

Iudæi, Iudaici, Hebræi, Apellæ Gens antiqua. Palestini, circumcisi. Vide Synonima priora, *Iew.*

Iudæa.

Iudæa, olim Palestina & Chananea vocabatur.

Iuliomagus.

Iuliomagus, Andium ciuitas in Gallia, nunc Andegauia. Angiers.

Iulius, vide *Ascanius.*

Iulius mensis, vide *Quintilis.*

Iuno.

Iuno Saturni fingitur filia, soror & coniux Iouis, quæ nubentibus & parientibus dicitur præesse, vnde vocatur Pronuba, Lucina, & Coniuga, ac Socigena quod mares connubio fœminis societ.
Saturnia, Iuno, Virg. Regia, Sceptifera Regina deûm. Iouis coniux,

Iuppiter.

Iuppiter, quasi iuuans pater, Saturni filius, Deorum summus cœlo præesse, ibidemque pulso fulminare fingitur
Dictus Pater omnipotens
Diespeter, i. diei pater, ab Horat.
Lucetius, i. lucis pater, à Gellio
Saturnigena, à Mant.
Ægiochus, nutritus à capra
Diuûm atque hominum rex, à poëtis fingitur Astripotens, altisonus
Hammon corniger Panomphæus
Altitonans. Magnitonans. Omnipotens. Saturnius Dodonæus.
Cenæus, Summus deorum, Rector Olympi, Rex superum
Æthereus princeps. Pater æthereus septifer coruscus, fulminator
A diuersis locis vbi colebatur diuersa habet nomina, Dictæus, Olympius, Olympicus, Idæus, Casius.

Choa-

Chaonius, Latialis, Ausonius, Capitolinus, Pharius, Ammonius, id est, Arenatius à templo illi in arena constructo.

Iuuenalis.

Iuuenalis Satyrographus
Poeta, Vates Aquinas, quæ illi patria fuit. Ponta. Hinc rigat Aquinas triste supercilium.

L

Lacedamon & Lacedamones.

Lacedæmon vrbs Peloponnesi, alio nomine Sparta. Dicitur etiam per Syncopen, Lacon pro Lacedæmon
Lacedæmones. Lacedęmonii
Tyndarei à Tyndaro rege Oebaliæ, & Helenæ patre: vnde & Syllius Terentum vocat Tyndarium
Spartani. Spartæ
Spartiatę: Sidonius, Spartiatæ rupium variatarum posuere crustas.

Laconia.

Laconia, prouincia in Peloponneso, aliter vocatur Oebalia & Tænaris, à Tenaro promontorio: Ouid. Tænaris est classi terra petita meæ. Idem excipit portu Tenaris ora suo.

Lacones.

Lacones, λάκωνες, penultima producta, seu Laconici vocantur Oebalii & Oebalidæ, Ouidius lib. primo Fastorum. Protinus Oebalii retulit arma Tati, Statius libro quinto Theb. Ambiguo visus errore lacessunt Oebalidę gemini
Therapnæi à Therapnis vrbe Laconiæ, patria Helenæ Ouidus lib. 5. Fast. Prima Therapnæo feci de sanguine florem

Tænarii & Tenaridę, à Tænaro promontorio.

Laodamia.

Laodamia Bellerophontis ex Thæmone coniuge fuit filia, quę à Diana telis fuit confixa. Est & alia Laodamia, Acasti & Laodotheæ filia, quæ maritum suum Protesilaum tenerrimè amauit: hæc Achastis & Achasti filia dicta est.

Lapithæ.

Lapithæ, Thessalię populi, λαπίθαι, Centaurei vocantur. Vir. Nec Centaureos Lapithas compellit in enses. Pelethronii quoque dicti, Syluestres, semiferi, sæui, truces.

Latinus.

Latinus, Laurentium rex, pater fuit Lauiniæ
Faunigena, filius Fauni dictus, Ouid.
Faunigenaque domo potitur, nataque Latini
Ausonius senex aliis dicitur. Hinc Latini, Faunigenæ vocantur, Syl. lib. 8. Faunigenæ socio bella inuasere Sicano.

Latona

Latona filia Cei. Titanis à quo Titanis dicta, Ouid. Quique modo audetis genitam Titanida Ceo Latonam præferre, mihi? filia terrę
Gemelipara & Calauria dicta, Ouid.

Lauinium.

Lauinium vrbs in Latio, quæ post Laurentium dicta, & Laurolauinium.

Leander.

Leander Abydenus dictus ab oppido Abydo Asiæ, in littore Hellesponti, in quo natus erat.

Leucothoe.

Leucothoe Orchami Babylonæ regis filia, in arborem thuriferam conuersa, Orchanis, & arbor Thurifera appellata est.

Lybia.

Libya, λιβύη, & Libye, es, Africę pars in pentapoli, & pro tota Africa ponitur poëtis, Luca. lib. 1. Per calidas Libyæ sitientis arenas

Terra Libyssa, Terræque in fine Libyssæ.

Libyci.

Libyci, Libissini, Marmarici à Marmarica regione Africæ. Syllius lib. 1 Marmaricis ales populis responsa canebat

Nasamonij & Nasamoniaci, à Nasamonibus populis Libyæ.

Licij Pataræi.

Licii Pataræi, quoniam parata est vrbs. Liciæ. Stati. libro. 1. Theb. Seu te Liciæ. Pataræa niuosis, exercent dumeta iugis.

Liguria.

Liguria, à Ligusto Phaëtontis filio nomen habens: Italiæ est regio, quæ quoque vocatur

Ligustica ora seu regio, cuius caput Genua, ostium maris Ligustici.

Ligures, vide *Genuenses*.

Lipara.

Lipara insula, prius Melegunis vocabatur authore, Plin. lib. 3. cap. 8.

Liuius.

Liuius historiographus. Patauinus lacteo eloquentiæ fonte manans, vt scribit D. Hier.

Antenorides dictus est à patria sua, quam Antenor condidit.

Locrenses.

Locrenses. Hesperii. Ozolæ ὀζολαι. Locri. Locrii Locridis populi.

Logica.

Logica seu Logice differendi, vt ait Boethius, magistra, à Zenone Philosopho qui Eleates erat, Eleatica doctrina dicitur, Philosophia Eleatica, διαλεκτική, disputandi, differendi ars.

Lotharingia.

Lotharingia, Austrasia superior eadem Lorcynnem, & Lotharingi olim Leuci vocabantur.

Londinium.

Londinium. Londinum Ptolomęo, Londra vulgo vocatur, Britanniæ Insulæ metropolis, per quam fluit Thamysis fluuius.

Lucifer.

Lucifer, Veneris stella, Phosphorus, φωσφόρος

Stella matutinalis, lucifera

Cythereius ignis. Syl lib. 12.

Haud secus Oceano rediens Cythereius ignis

Præuius socius auroræ.

Lucanus.

Lucanus, Poeta, Hispanus, patrem habuit Annæum, á quo dictus vates Anneus. Vnde quidam, Cæsaris Annæus caneret nisi pręlia vates.

Lucani.

Lucani. Tanagræia, Tanagro fluuio Lucanię. Statius. Tanagræumque Phalantum.

Luna.

Luna, vide *Moone in priori parte, & Proserpina.*
& Diana.

Lutetia.

Luteria, Galliæ vrbs Maxima & nobilissima, ab alijs Leucotia scribitur, quam Græci λευκετίαν nominant ab albedine parietum vulgo Paris. Vnde quidã. Quæ Gallas inter populosa Lutetia gentes. Nonnulli à luti frequentia sic appellatam volunt. Oppidum Parrhisiense.

Parrisius pro ciuitate apud doctos non inuenitur, sed à Parrhisij pro populis Lutetiam inhabitantibus apud Cæsarem in comment.

Parrhisienses, Sequanæ accolæ.

Lydda.

Lydda Palestinæ Luceæ vrbs, alio nomine Diospolis, hodie Rama vocatur

Lidi & Lydia.

Lydi seu Lydij populi maioris Asiæ aliter vocantur Mæonij, Mæones, & Meonidę. Virg. lib. 8. O Mæonię delecta iuuentus.

Item Mæonici.

Gygæi à Gige rege, vt Crœsij à Crœso ditissimo Lydorum rege: Stat. lib. 12. Si Marathona metu, si tecta leuasti, Crœsia.

Lydia, vocabatur prius Mæonia, est enim prouincia Asiæ à Lydo filio Atys sic dicta.

M

Macedones.

Macedones, Macera.

Pallenæi, à Pallene vrbe, quo olim Phlegra dicta fuit, vbi gesta est Gigantomachia. Statius. lib. 4. Syl. Et Pallenæos Phœbum laudare triumphos.

Pæones quoq; dicuntur à Pæonia regione. Statius lib. Achil. Præterit didici quo Pæones arma rotatu.

Macedonia.

Macedonia, Pæonia.

Æmathia idem, teste Plinio.

Mænades.

Mænades, Mimallones, Mimallonides, nec non & Bacchæ, Bacchides Thyades, fæminæ Bacchantes, Bacchi sacra, peragentes, Insanæ, Ebriosę, Bastarides, Eleides, Edoniæ, Edonides, Euthriades, Vide Bachæ.

Mahometistæ.

Mahometistæ, Mahometani. Mahometici. Mahometigenę. Mahometis falsi prophetæ legem sequentes.

Turci seu Turcę teste Pomponio.

Mantua.

Mantua. μαντύα

Vrbs nobilissima & Ducatus Gallię Cisalpinę. Ociniaca.

Vrbs Tyresiæ dicitur, Mant.

Vrbs Bianoris, Virg. Pręponens, aquatica, turrigera, vetus.

Mantuani.

Mantuani seu Mantoi dicti sunt à Manto Tyresiæ filia.

Bianorei & Bianoridæ á Bianore Mantus filio, qui aliter vocatur.

Ocnus. Virg. in Buc. Namque sepulchrum incipit apparare Bianoris. Pontanus in Manto. Quippe Bianoream manet hæc victoria gentem, Ocnei nepotes.

Ocnei ab Ocno Mantus filio. Stroza filius. Orbita ab Ocnæis euexit ad aſtra lacunis.

Minciadæ & Mincigiræ à Mincio fluuio propinquo. Pontanus. Vos ô Minciadæ, ô mihi manes. Eſte boni.

Mare rubrum.

Mare rubrum. Erithræum mare. Sinus Arabicus.

¶ Mare Galileæ, Mare vel lacus Tiberiadis, qui Hebraicè vocatur Cinæreth, à Chaldæis Genezareth dicitur.

¶ Mare Adriaticum & Adrianum.

Adria maſculini generis.

Superum mare.

Sinus Adriacus, raucus, minax, tumidus, ventoſus, Iracundus, Vide ſca.

Maria.

Maria, ſacratiſſima virgo, Dei mater.

Μαριὰμ Græcè, Mariam Hebraicè diſſyllabum eſt, domina vel magiſtra maris interpretatur

Deipara, θεοτόκος

Dei genetrix, Chriſtifera

Verbigena. Ieſſea ſoboles. Glorioſa domina.

Deifera.

Nympha Paleſtina. Mant.

Cælica, Aetherea virgo

Inculpata, integra, ſancta, caſta.

Diua, auguſta, pia, aurea, innupta, innubia virgo.

Syderei mater formoſa tonantis.

Petrarch Virgo decens, quam ſol veſtit, ſtellæque coronant.

Virgo illibata, intacta, inuiolata, immaculata, intemerata, puriſſima, pudiciſſima, caſtiſſima, ſpecioſiſſima, ter ſancta, ſpiritus ſancti ſacrarium, templum domini.

Mater domini Chriſti.

Mars deus belli, qui per Epentheſin dicitur Poëtis Mauors, quod magna vertat. Furor impius.

Præterea gradiuus, quum ſęuit haſtamque vibrat. Bellipotens.

Sithonius dux, cruentus, funeſtus, armiſonus, Belliger. Bellicus. Ferus. Ferox Sanguinolentus. Cruentus. Sæuus. Durus, Dubius, Indomitus.

Marſpiter, id eſt, Martis pater, pro eodem ponitur.

Medea.

Medea, μήδεια, Aetæ regis Colchorum filia veneficiis clara.

Poëtis vocatur Aetias, Aetis dis, apud Ouid.

Item Colchis pro Medes ponitur, ſicut Phaſias & Phaſis. Ouid. Barbara per natos Phaſias Alta ſuos.

Mediolanenſes.

Mediolani, μεδιολάνιοι, Mediolanenſes. Inſubres.

Huius ciuitatis (vt legitur in quadam Ambroſii epiſt.) fundamentis iaciendis dum exacuantur foſſæ, ferunt in terræ viſceribus iuuentam fuiſſe, (mirum dictu) ſuem dimidiatim laniatam, à quo portento inditum ſit Mediolanæ vrbi nomen. Ad qnod alluſit Claudianus de nuptiis Honorii & Mariæ ſcribens: Continuo ſublime volans ad Mœnia Gallis condita, Lanigeræ ſuis oſtentans pellem peruenit. Item Sidonius Rura paludicolæ temnis populoſa Rauennæ Et quæ lanigero de ſue nomen habet.

Meduſa.

Meduſa, filia fuit Phorci, Hinc dicta Phorcinis & Phorcys, id eſt, Phorcy filia. Luca. lib. 9.

Squallebant latè Phorcinidos arua Meduſæ monſtrum vipereum.

Saxificus vultus Anguiferum, colubiferum

biferum gorgoneum caput. Anguicoma Squamigera. Crinita, Medusea ora.
Gorgonea, anguitenens, vide Gorgon.

Meleager.

Meleager, & Meleagrus, Oenæi Calidoniæ regis filius, ex Althea coniuge Oenides Calydonius heros. Oenius heros appellatus.

Memphis.

Memphis quę olim vocabatur Aegypti metropolis clarissima. Sultani quoque regia nunc Cairum dicitur Latinè, Alkara vulgo Nilotica Babylonia, fatidica, torrida.

Menelaus.

¶ Menelaus, filius fuit Atrei, frater Agamemnonis, maritus Helenæ. Spartæ
Atrides maior dictus. Ouid. Qua prius infesto Paris est ereptus Atridę.
Doricus hospes vocatur Sidonio.
Tantalides, ab auo Tantalo, vt Agamemnon. Vide Agamemnon.

Mercurius.

Mercurius, filius fuit Iouis & Maiæ, fingitur deorum nuncius ac interpres, ob hoc Hermes dictus
Maia genitus, creatus, natus.
Maiugena, Cyllenides, Cyllenius.
Cyllenia proles, Virg. Materno veniens ab auo, Cyllenio proles.
Volucer Deus, aliger, perniger.
Caducifer, pacifer, Alipes Deus. Ioue natus Deus ales Pleiones natus, Pacifer deus, nepos Atlantis,
Ales Męnalius. Est quoque Planetarum infimus & minimus, alio nomine Stylbon ςίλϐων, i. radians vel splendens.
Et quia nimis vicinne Soli fingitur perurens.

Messana.

¶ Messana Zancle quod falcis formam referat, sic dicta, Nunc Messina vulgo dicitur. Siciliæ ciuitas vetustissima.

Metis.

Metis in Lotharingia alio nomine Diuo durum. Mediomatrices incolæ, qui & Merenses.

Midas.

Midas Phrygum rex ditissimus, cui Apollo asininas addidit aures.
Berecynthius heros.

Miletus.

Miletus vrbs Ioniæ Legeis. Pytyusa Anactoria authore. Plin.

Minerua.

Minerua, sic dicta quod vim minetur ex Iouis seu patris cerebro natus vt scribit Lucanus.
Lanificii & texturæ non artium & sapientiæ repetrix.
Dea quoque bellorum fingitur.
Matris soror & auriga, truculenta, Belligera, ferox.

Minos.

Minos filius Iouis & Europæ, rex Cretensium, fingitur iudex inferorum post mortem. Propert. Non tamen immerito Minos sedet arbiter Orci.
Agenoreus iudex, apud Stat.
Gortynius heros, apud Virg.
Dicteus, Gnosiacus rex.
Cydoniacus arbiter, iudex toruus, funereus, rigidus, immitis, seuerus iustus.

Molossi

Molossi.

¶ Molossi Epirotici, Chaonii, Leucadii, vide Epirus, Epirotæ.

Morpheus.

Morpheus somniorum deus.
Icelos, Panthasos, Phobetor. Somnifer. Fallax, Simulans.

Montes Musis sacri.

Montes Musis sacri.
Helicon biceps, Parnassus bifidus.
Picrus nub fer. Cytheron virgineus. Pindus aereus.

Moschi.

Moschi. Moscouitæ, olim dicti Hamaxobitæ, Sarmatis vicini populi vnde Luca. Sæuisque affinis Sarmata Moschis.

Moses

Moses dissyllabum, apud Hebræos Moseh, interposito y nonnunquam in carmine trisyllab. Moyses, apud Sedul.
Hebraicus legislator, qui Genesin, mundi genituram conscripsit.
Inclytus Iudęorum dux.
Propheta sacer, eximius, deiloquus, fatidicus, radiatus.

Musæ.

Musæ, μȣσαι, quæ & Camænæ qua si canentes amœnè, Iouis & Memoriæ filiæ finguntur Poetis quæ quidem deæ & poetis & musicæ præsunt. Et à diuersis locis, montibus & fontibus quibus gaudere dicuntur vel habitasse, diuersa sortitæ sunt nomina. Ab Hellicone monte Bœotiæ, Heliconides à Parnasso Parnasides.
Mnemosynides. Mnemosinea propago, Meonides. Phœbeiades. Aganippedes. Permessides. Cephisides. Camænæ.
Pieriæ & Pierides. Thespiades. Pegasides, Hippocrenides, Cytheriades, Aonides, Castalides. Libethrydes, Pympliades seu Pympleæ.

Nomina & earum inuenta sunt hæc.

Clio.		Historias.
Euterpe.		Tibias.
Thalia.		Comœdias.
Melpomene.		Tragædias.
Therpsicore.	*Inuenit*	Psalterium.
Eratho.		Geometriam
Polyphymnia.		Rethoricam.
Vrania.		Astrologiam.
Caliope.		Literas.

Mysis.

Mysij, Theutratæi, Theutranij.

N

Napea.

Napeæ Deæ siue nymphę virgultorũ.
Orcades montium deæ seu nymphę.
Naides fontium & fluuiorum nymphæ siue deæ.

Nasamones.

¶ Nasamones penult. prod Nasamonij. Nasamoniaci. Libiæ populi.

Naxus.

Naxus insula in mari Aegeo, antea Stronglye dicta & postea Dia fuit appellata. Catul. Namque fluentisono prospectus littera die, Pli. Naxon à fertilitate vincarum Dyonysiam dici scripsit, alij Siciliam minorem, alij Callipolin appellarunt. Virg. Bacchatame; iugis naxon viridemque Donysan.

Neapolis.

Neopolis, ad mare sita, preclarę Cāpaniæ vrbs, à Cumanis condita.

Si

Siciliæ continentis iam ciuitas regia, dicta quoque Parthenope, quæ olim vocabatur Phaleron. Hinc dicti Neopolitani,& Parthenopęi.

Neptunus.

Neptunus filius Opis & Saturni, dictus Eunosigæus, quasi concutiens terram. Iuuen. Ipsum compedibus qui vinxerat Eunosigæum
Aequoreus,tridentifer deus
Maris deus, rex, rector Glaucus, pater profundi. Parens aquarum, Hesio. Salsipotens, Ceruleus
Arbiter pelagi. Pater ventorum. Horat. Pelagi rector
Rex vndarum pro mari ponitur Neptunus vt Cerulei campi & Cerula via á Plauto ponitur, Cic. in Arato Neptunia prata secantes.

Nestor.

Nestor Nelei filius facundissimus, trecentos fertur vixisse annos
Hinc dictus Neleius tetrasyl. & Nelides,Ter æuo fructus,Horat.
Trisseclis apud Gellium : Pilius senex Grandęuus.

Nicia.

Nicica & Nicæa. Asiæ ac Bithynię metropolis celebris synodo. 318 Episcoporum iubente Constantino coacta, prius dicta Antigonia & Ancore, ἀγκόρη, teste Ste.

Nilus.

¶ Nilus, Melonrius, & à quibusdam Gæon seu Gion dicitur, septem habens ostia.

Niniue.

Niniui, med. correp. Vrbs assyrorum que & Ninos dicitur, á Nino rege, vt scribit Aug ab Assur ædificata.

Noe.

Noe, Hebraice, Nohe. Visitatior Noeus

Normania.

¶ Normania, Neustria, Gallię regio, hinc Normani, Neustrici.

Nympha.

Nymphæ Aquarum, Marinę deæ Aequoreæ,fluctigenæ,Oceanitides
Cerulæ Ceruleæ
Glaucę, Nereię quatuor,Sil.
Nereia turba,Sil. Nerinę Derides.

O

Oceanitides.

Oceanitides, Mant. Nereides. Vide montium,syluarum,fontium deę.

Occidentales.

Occidentales,Occidui,Ouid.
Vesper & Occiduum quę littora Sole tepescunt. Tartesii á Tartesso vrbe Gadibus propinqua
Ouid.lib 14.presserat Occiduus
Tartessa littora Phœbus
Tartesiaci, lib. 6. Iam Tartesiaco quos soluerat ęquore, Titan.
Hesperii.

Oenone.

Oenoe, Nympha Phrygię, quę Paridem adamauit. Pegasis etiam dicta.

Opiuchus.

Opiuchus, cœleste sydus est. Anguitenens. Serpentarius. Hedorum sydus.

Orestes.

Orestes, filius fuit Agamemnonis, ex Clytemnestra quam occidit
Dictus Agamemnonides, Agamemnonis,& Agamemnone natus
Sceleratus, matricida demens, furiosus, Virg Et scelerum furiis agitatus Orestes.

Orientales.

Ori-

Orientales. Eoi Aurorę populi
Memnonii à Memnone Auroræ filio
Nabathæi à Nabathea regione orientali, Ouid. lib. 11. Meta. Eurus ad auroram, Nabathæaque regna recessit.

Orion.

Orion, ὠρίων, quasi Vrion sydus cœleste. Iugula seu Iugla
Tempestuosum signum, terras turbans & maria tempestatibus, si obscurum sit, serenitatem denotans si fulgeat
Eurifer fingitur poëtis, nymbosus, aquosus. Neptunus, & nautis infestus Orion, Horat.
¶ Oriens, Occidens, quære inter Synonyma priora *East and West*.

Ouidius.

Ouidius. Naso
Poëta Sulmonensis
Iuuenis Pelignus. De seipso scribit Ouid. Polignæ gentis gloria dicar ego.

P

Padua.

Padua. Patauium.

Padus.

¶ Padus. Eridanus, Phaetontius amnis à Phaetonte ibidem submerso: Syllius lib 7. Nunquam Phaetontius amnis. Sanguinea Pontum curuasset decolor vnda. Vide *Eridanus*.

Padusa.

Padusa, med prod. Mestanicus
Bidineus. vide causam horum nominum, apud Plin lib. 3. cap. 15.

Palamedes.

Palamedes. Nauplii regis Euboeæ filius, vnde Naupliades & Naupleia proles dictus. Is Vlyssis fraude à Græcis interfectus est.

Palemon.

Palemon. Melicerta Portunus

Pallas.

Pallas belli dea dicta, quod Pallantem gygantem interfecerit, cum prius Tritonia vocaretur, Iouis sine matre filia, nam Iupiter videns Iunonem sterilem esse, percusso capite emisit Palladem
Eius Epitheta sunt, Armipotens, Bellipotens, Armifera, Bellicosa, Armisona, Bellica, Belligera, Bellatrix.

Pan.

Pan, pastorum deus vocatus est, & Demo Gorgonis filius creditur fuisse, qui fistulam composuit septem imparibus calamis simul coniunctis propter harmoniam cœli
Semicaper deus. Arcadius deus.

Pannonia.

Pannonia superior, Austriam archidecatum & Stiriam complectitur
Pannonia inferior, Pannonis nunc Hungaria, Gręcis παιονία.

Panope.

Panope siue Panopeia nympha marina, Nerei & Doritis filia, sic dicta à perspicuitate visus. Ino, oos. Bacchi nutrix, Tithonis coniux.

Papia.

Papia, Ticinum.

Paradisus.

Paradisus. παράδεισος
Hortus voluptatis
Elisium, & campi Elisii, secundum poëtam
Locus diuini amœnitatis

Beato-

Beatorum, priorũ sedes ac locus, Cic. Eden & Pardis Hebraicè, vnde quidam paradisum deduci putans. Nam Eden deliciæ vel voluptas interpretatur, pro quo Symmachus transtulit Paradisum florentem. Aquila, hortum.

Parca.

Parcæ, μοιραι, à parcendo per Antiphrasin dictæ, quod nemini parcant
Deæ fatales, fatidicæ, Faticinæ sorores, Deæ faticanæ, Deæ triplices fati. Fata esse eaidem existimant. Finguntur autem vitæ hominum præesse, & nendo eam ducere, quapropter Lanificæ sorores vocantur Mar. Si mihi Lanificæ ducunt non pulsa sorores Stamina, nec surdos vox habet ista deos
Nigræ, Stigiæ, immites, seueræ, inuidæ, tristes sorores, rapaces, feræ, impiæ, parcæ
Parcarum nomina, Clotho, Lachesis, Atrapos.

Paris.

Paris alio nomine Alexander, Priami ex Hecuba filius, in Ida monte à pastoribus educatus, & postea in Græciam missus à Menelao, Helenam rapuit, vnde Helenæ raptor Pastor & Adulter Idæus est dictus.

Parthi.

Parthi, Parthij, Parthæi πάρθοι, πάρθοι, παρθιαῖοι, populi cuiusdam regionis Assyriæ.

Patroclus.

Patroclus, Menæti & Sthenele, filius, cum Achille educatur, & cum eo ad expeditionem Troianam profectus, & Achillis armis indutus cum Hectore pugnans, ab eodem confossus occubuit Actorides Menetiades & Menetia proles dictus.

Paulus.

Paulus, teste D. Hier. mirabilem sonat, ab Hebræis etymologiam mutuatus. Si græca vox, quietem sonat à verbo παύομαι, sin Romana, pusillum significat
Doctor Tharsensis, quod ex Tharso Ciliciæ oriundus
Apostolus, seu doctor gentium
Summus vitæ mortalium magister
Organum electum. Vas electionis sacræ, Veritatis præco
Sapiens fidei architectus
Saulus dictus ante conuersionem
Religionis veræ ac pietatis architectus.

Peloponnesus.

Peloponnesus, quasi Pelopis Insula est. Achaiæ regio, Apia prius appellata, Arx Helladis, ac Argos, vero Morea.

Penelope.

Penelope, πηνελόπη Vlyssis vxor & Icari filia, hinc dicta Icaris, idos, Ouid. Et velut Icaridos famulæ periêre, procique & Icariotis, apud Propert. incorruptæ castitatis ac pudicitiæ
Ainea prius vocabatur.

Pentheus.

Pentheus, trisyl. fuit filius Eccionis regis Thebarum, ob contemptum sacrorum Bacchiâ matre interfectus
Echionides à patre denominatus, Ouid. Spernit Echionides, & alibi, Contemptor superum Pentheus, Echione natus, Agenorea prolis.

Perseus.

Perseus, dissyl in nominatiuo, fingitur conuerso in auri guttam Ioue, Natus ex Danae filia Acrisij regis Argi-

Argiuorum, Hinc dictus Danaes natus. Acantiades
Daneia propago. Mant.
Danaeius heros, Ouid.
Stenobius, Abantius heros, Sid.
Inachides, & Inachius, Claud.
Inachius rubro perhibetur æquoræ Perseus Neptuni
Acrisioniades dictus ab auo Acrisio Agriuorum rege, Ouid. & Medusæ victor.

Persia.

Persia, Persis, idos, περσις, & Persida, æ
Persidis ora, regio orientalis Medis contermina, cuius primus rex Cyrus. Man. Persidis ora diuitibus gemmis fuluoque superbiat auro.

Persæ.

Persæ. Persici, dicuntur Gazetici: nam Gaza Persarum est opulentia Sid. Vina mihi non sunt Gazetica, Chia Falerna
Persæ etiam dicuntur Achemænei & Achæminidæ, ab Achamene rege Persarum ditissimo
Arsacidæ quoque dicti, ab Arsace primo Persarum rege, Lucan. lib. 1. Illa plus vobis acie quam creditis actum est Arsacidæ
Mantuanus: Pellea inuentus. Arsacidas expugnat adhuc.

Pestum.

Pestum Lucaniæ oppidum aliter dictum Possidonis, authore Plin.

Petrus.

Petrus, primus seu princeps Apostolorum, Chori duodeni primas. Cephas Chaldaicè siue Syriacè vt D. vult Hie. à Cepha, id est, Petra, vel saxum qui prius vocabatur Bariona, id est, filius Ionæ siue columbæ ac Simon.

Clauiger ætherius, cœlestis, senex
Sabel Clauigerum senem
Hamiger, id est, piscator. Porrigit, hamigeri defore penna lenis.

Phasiana.

Phasianæ, Phasidis aues, à Phasi fluuio Colhorum
Phasiaci alites
Phasiæ, Scythiæ volucres, apud Iuue, & Stat. A Scythico missas Phaside captat aues.

Phaeton.

Phaeton Solis & Clymenes fingitur filius Ouid. Solesatus Phaeton
Puer seu filius Clymenes, Eap. Non secus ac Clymenes, erret in axe puer. Clymenia proles, Ouid.
Deuius, infœlix, audax, temerarius.

Phaetontiades.

Phaetontiades sorores Phaetontis, quas versas in populos seu alnos ferunt, Flebant populeæ iuuenem Phaetonta sorores
Clymenides dictæ & Heliades, Ouid. Sic fleuit Clymene, sic & Clymenides altæ.

Phædra.

Phædra, regis Minois filia, ex Pasiphae coniuge, vnde pasipheia & Pasipheia filia dicta est.

Philocretes.

Philocretes Peantis filius & comes Herculis, quamobrem Pæantiades Pæantesatus & Alcidæ comes est dictus.

Philosophi.

Philosophi, prius dicebantur Sophistæ, Cæterum deinde pro locorum do-

doctrinarumque qualirer diuersa sortiti sunt nomina.

Grȩcis Philosophi, id est, sapientiæ amatores dicti, & σοφοὶ, id est sapientes inter quos rursum sectȩ fuerunt diuersæ, diuersorumq; nomenclaturis hominum distinctæ, vtpote Stoici à porticu, cuius sectæ authorZeno Philosophus, Cratis auditor, vnde prius dicti Zenonii.

Cynici ab Antisthene seu Diogene.

Peripaetici, ab Aristotele deambulatore.

Academici, qui etiam sunt Platonici. vtpote Platonem sequentes.

Socratici, à Socrate denominati

Pythagoristæ qui Pythagorei & Pythagorici, à Pythagora dicti.

Cyrenaici, ab Aristippo Cyrenæo, qui & Epicurei ab Epicuro qui voluptatem statuit summum bonum.

Pyrrhonii quos Græci σκεπτικὸς, id est, consideratores, ἀπορρητικὸς i ambigentes vocantur à Pyrrhone nomen habent.

Nudipedes, ἀνυπόδες

Eretriaci à Menedemo inter Socraticos Phedri discipulo.

Apud Persas olim Magi nomen erat honestum, idem quod sapiens, vel Philosophus.

Apud Gallos Druidȩ, vel Driiadæ, Syluam inhabitantes in æstimatione erant.

Βραχμᾶνες

Brachmanes & Samanei, apud Indos ac Gymnosophistæ.

Apud Aegyptios, Prophetȩ, Sacerdotes, Latinis sapientes.

Assyriis Chaldæi dicti sunt à regione.

Hebraicè autem metasephim appellantur sapientes omnes orientales quorum mentio Danielis primo & secundo. Cic testatur Pythagoram primum modestiæ gratiȩ non sophum, sed Philosophum voluisse appellari.

Phocæi.

Phocæi, Phocenses, Phocaici, Cirthæi, Castalii.

Phœnix.

Phœnix vnica auis in Arabia. Soli sacer, vnde dictus Titaneus & Soligena Bapt. Malo ego Soligenæ Phœnicis fata subire.

Alumnus Phœbi.

Auis solis.

Gangericus, Assyrius volucris]

Titaneus ales. Claud. Hec fortunatus nimium Titaneus ales. Regna colit. Vnicus, longæuus, viuax, nobilis.

Pictones.

¶ Pictones, Pictauienses, Pictaui Galliȩ populi.

Pirythous.

Pirythous, vel Perithous, πυρίθοος filius Ixionis, Borboneus, Perithoum est Theseus, Pylademque sequutus Orestes. Inter eos tantus feruor amoris erat.

Dictus patronymico nomine Ixionides. Ouid. Hæc Ixionides ille.

Threzenius heros.

Ixione natus.

Pittacus.

Pittacus med. corr. Philosophus Lesbius. Sophistes Lesbius. Lesbosatus. Sido Noscere quod tempus. Lesbo sate Pittace suades. Alii Mitylenæum fuisse scribunt.

Planetæ.

Planetæ. πλανῆται.

Errones, Errantia sydera.

Erroneæ, Erraticæ stellæ.

Plato.

Plato Aristonis filius, πλάτων Philosophus

losophus à latitudine humerorum sic dictus. Horat. Pythagoran Anitique reum doctumq; Platona. Antea ex aui paterni nomine Aristocles vocabatur Athenis natus, vnde dictus Cecropius, Mant.

Cecropii interdum dulces inuisere chartas. Adeò in omni disciplinarum genere & præsertim in philosophia excelluit, vt diuinus Plato, Philosophorum Homerus vocatus sit.

Plautus.

Plautus, Farcinas natione, poeta Comicus, ab initio appellatus Plotus teste Festo, à pedum planicie quos Plotos Vmbri vocant. Disertus, Iocosus, antiquus. Antiquum verbis Plautum reuocare facetis.

Pleiades.

Pleiades πλειάδες, signum stellarum septem ante genua Tauri ἀπὸ τοῦ πλέειν, i. pluere Latine Virgiliæ dicuntur, quod vere exoriantur. Aliquando est tetrasyl. Propertius. Non sic Pleiades faciunt nec aquosus Orion, aliquando abiicitur è, vt primum corripiat. Stat. Pliadumque niuosam.

Athalanteæ dictæ Ouid. & Athlantides filiæ Athlantis. Imbriferæ. Pluuiæ tristes, nubulæ.

Pluto.

Pluto πλούτων, Saturni fertur filius: Iouis ac Neptuni frater. Hinc dictus Saturnius. Ouid. Haud vltra tenuit Saturnius iram. Vmbrarum rex, Dux Erebri. Tenebrarum præses. Diis ditis, Tartareus, Orcus, Stygius, Lethæus.

Auernalis rex, tyrannus. Vocatus quoque Væiouis. Mart. Generque Cereris, Iuuen. Ad generum Cereris sine cæde & vulnere cuncti Descendunt reges, & sicca morte tyranni. Tortor vmbrarum immanis, Adamantinus, seuerus. Ater, Funestus, Tenebrosus.

Poeta.

Poeta, ποιητὴς, Vates
Diuinus, Fatidicus
Elegantia fingens, scribens, componens carmina
Liquore Pegasæo saturatus
Diuinorum oraculorum interpres
Interpres Apollinis, Deorum
Qui in bicipiti Parnasso somniauit, Pers.
Aonios colens recessus
Castalio fonte potatus
Castalia natus dea
Sacra redimitus tempora lauro
Cuius Ambrosio frons nectare fusa est, atque Helicone sacro lauerit amne comam
Arida cuius Clitorio sitis amne leuatur. Natura ipsa instructus ad poeticum facultatem
Aonię gloriæ summa chelys
Diuino correptus furore
Diuino numinis afflatu concitatus
Interpres diuinæ mentis
Cui frontes pandit Cirtha suos, & ampliori vena Piari fluunt liquores
In cuius pectus Maronis anima demigrasse creditur
Qui frontem, habet hædera virentem sequaci
Daphnei de fronde vel myrto cinctum habens caput
Cuius Pernasia lambit tempora Daphne
Eloquio vincens Ciceronem, carmine Homerum, Musarum alumnus
Musarum aues, Theocrito dicuntur Poetæ quod assidue sua modulentur carmina

Pollux

Pollux.

¶ Pollux, vide Castor.

Polymnestor.

Polymnestor, & in littera circa in carmine Polymnestor, rex fuit Thracii Propert. Et scelus a. cepto Thracis Polymnestoris auro

Ismarius rex vocatur Ouid. & Odrysius, id est, Thrasius.

Polynices.

Polynices filius Oedipi Thebanorum regis hinc Oedipodionides vocatur Statio lib. 1. Theb. Oedipodionides, furtim deserta pererrat

Ismenius & Cadmenos heros

Echinnius iuuenis.

Polyphemus.

Polyphemus ingenti corpore Neptuni filius, vnus ex Cyclopibus vnoculus ab Vlysse exæcatus, vt fertur. Ennæus dictus ab Enna Siciliæ vrbe

Aetnæus quoque ab Aetna monte, in quo Cyclopes reclusi

Neptunius incola rupis, Terribilis, trux, ferus, cæcus, Siculus.

Polyxena.

Polyxena pen cor. Priami & Hecubæ filia fuit formosissima. Catul. Alta Polyxena madefiens cæde sepulchra

Virgo Priameia Virg. vocatur lib 3. Aeneid. O fœlix vna ante alias Priameia virgo.

Portugallia.

Portugallia, Lusitania.

Portunus.

Portunus deus portuum. Palemon Athamantiades, Melicerta.

Priamus.

Priamus filius Laomedontis, pulcherrimus. Homero teste

Laomedontiades dictus, Virg. Laomedontiadem, Primum Salamina petentem

Senex Dardanius vocatur, Ouid. Dardanij lacrymas non tulit ille.

Priapus.

Priapus med. prod. filius libri patris ac Veneris fingitur hortorum deus

Lampsacides, & Lampsacenus dictus quod in Lampsaco Hellisponti vrbe coleretur. Virg. in Geor.

Hellespontiaci seruet tutela Priapi Verpus quoque dictus ab inuersa pelle. Salax, rigidus, procerus, ruber. Hellespontiacus deus.

Prometheus.

Prometheus προμηθεύς, pen. prod. à prouidentia sic dictus, Iapeti filius vnus ex Titanibus ignem è cœlo fingitur surripuisse callidè

Iapetionides dictus, Cod. Iapetionides hoc vulnere turpidus

Iapeto satus, Ouid.

Propertius.

Propertius ex Meuania Vmbræ oppido oriundus. Elegiographus quod Coallimachum in suis operibus secutus. Challimachus Romanus vocatus est. Quinti Romaniq; aderit pagina Callimachi, Blandus Lasciuus, facundus.

Proserpina.

Proserpina dicta à Proserpendo. Persephone, Græcis Iouis ex Cerere filia, quam Pluto in vxorem rapuit in Scicilia, Persei filia

Erebi regina Plutonia coniux

Tartarea, Phlegetontæa, Perſephones
Dea triformis, Triceps
Stygia dea Nigri Iouis inuida coniux, apud Pon. Regina Erebi.
Proſerpina teſte Aæg. eademque Luna. Libera, Diana, Lucina, Triuia, Hecate & Noctiluca.

Proteus.

Proteus Oceani & Thetidos filius Deus & vates marinus
Vertumnus Latinis dicitur
Carpatheus vates (quod aliqnando in Carpatho inſula regnauit) dictus Virg. Eſt in Carpatheo Neptuni gurgite vates, Ceruleus Proteus
Mutans vultus: Hor. Quo teneam vultus mutantem Protea nodo
Aequoreus, ſceleratus, ambiguus, miſerabilis.

Proteſilaus.

Proteſilaus vnus ex Græciæ Principibus, Latinis ſonat primus mortuus. Auſo. Proteſilae tibi nomen ſic fata dederunt. Victima quod Troiæ prima futurus eras. Philaceus heros. Iphiciades. Iphicenatus. Philacides dictus à Philace, Theſſaliæ oppido. Ouid. Triſtia Phylacide Therſites funera vidit
Hemonius vir apud eundem.

Pruſcia.

Pruſcia. Prutenia, Boruſſia olim
¶ Bruteni. Bructeri. Beruſſij, qui olim Cothônes dicebantur.

Ptolomeus.

Ptolomeus Lagus. Aegypti & Aphricæ, nec non Arabiæ pro magna parte rex poſt Alexandrũ Macedonem
Tyrannus Niliacus, & Pharius à Pharo inſula Aegypti, Luc. Phario ſatis eſſe tyranno. Quod potarat. Ab hoc deinceps Aegyptij reges Ptolomæi ſunt appellati, vt Romanorum Auguſti, Perſarum Arſacidæ, Atheni enſium Cecropidæ.

Puteolani.

¶ Puteolani Dicarchæi à iuſtitiæ ad miniſtratione: Sil. lib. 8. Prole Diarchæa multo cum milite Graia

Pylades.

Pylades, filius Strophæi Phocenſis, Phoceus iuuenis dicitur Ouid.
Adfuit inſano iuuenis Phoceus Oreſti Strophio natus, fidus, Hæmonius.

Pyracmon.

Pyracmon vnus Cyclopum Vulcani miniſter, ab igne & incude quæ ἄκμων Græcis dicitur nomen habens Virg. Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro Brontes ac Steropes & nudus membra Pyracmon
Aemonides Ouid. dicitur. Durus, ferrugineus, flammeus, ſemper olens, oculis & nare igneus nudusq; membra Pyracmon.

Pyrrha.

Pyrrha vxor Deucalionis & Epimethei filia, hinc dicta Epimethis, Ouid. Inde Prometides placidis Epimethida dictis, mulcet. Tyrania quoque dicta, Ouid.

Pyrrhus.

Pyrrhus Latinè flauus ſiue ruſus, fuit Achillis filius
Achillides hinc dictus. Ouid. Pirrhus Achillides animoſus imagine patris & Achilleius heros
Aeacides Pyrrhus Mant.
Scyrius iuuenis, apud Senec

Pelaſ-

Pelaſgus, Graius ferox
Neoptolemus antea dictus, authore Seruio.

Pythagoras.

Phythagoras, Philoſophus Samius, filius Demarathi locupletiſſimi negotiatoris
Panthoides ab Ouid. dictus. Celeber Samiæ telluris alumnus, Diuinus, doctiſſimus.

Q

Quintilis.

Quintilis menſis, ideo dictus eſt, quod ordine ſit quintus à Martio, qui apud Romanos ſecuti apud Hebręos, Aegyptios & alias nationes, primus anni menſis erat, ſed poſtea in honorem Iulij Cæſaris dictatus Iulius, ἰȣ́λιος appellatus eſt, feruidus, æſtifer, μεταγειτνιών Græcis quoque dictus.

R

Remus.

Remus frater Romuli, à quo interfectus, fratres autem Martigenæ dicti. Ouid. in quo Martigenæ non ſunt ſine crimine nati, & Iliadæ Ouid. Iliadæ fratres iura petita dabant.

Radamanthus.

Radamanthus Iouis ex Europa filius, & rex Lyciæ & vnus iudicum inferorum cum Minoe & Aeaco
Agenorides dictus Mant. Qualis Agenorides Lycia Radamanthus in ora. Iuridicus, Inexorabilis, vide Minos.

Rhaguſium.

Rhaguſium Dalmatiæ ciuitas, prius dicta Epidaurus.

Rhamnuſia.

Ramnuſia dea fortunæ, Nemeſis dea cæca Rhamnuſis, idos, Cic. Sors
Norcia dea, Dea inſtabilis, bifrons, inconſtans, lubrica, fallax.

Rhenus.

Rhenus & Rhenum, nobilis fluuius ex alpibus oriens, hinc dictus Appæninigena, Mantu. Appæninigenæ propè ſaxea flumina Rheni. Belgas à Germanis diuidit duobus oſtiis in Oceanum ſeptentrionalem influens. Vir. Extremique hominum Morini Rhenuſque Bicornis. Hor. Aut flumen Rhenum aut pluuius deſcribitur arcus, Teutonis amnis, gelidus glacialis, tumidus, ſaxoſus, bifidus.

Rheſus.

Rheſus filius Strymonis Thraciæ rex bellicoſus
Odryſius dux. Ouid. Exigit Odryſij facta cruenta ducis. Thrax, Threicius, Sythonius.

Rhodus.

Rhodus ciuitas & Inſula inter Aſiaticas tertia, quod Lesbus & Cyprus ſint maiores
Ophiuſa, ὀφιȣ̃σα, per duplex ſ ante vocabatur, & Aethręa, deinde Stadia, poſtea Telchin. Inſula Solis: Carthe, Aurificis quondam ditata eſt Inſula ſolis, hinc dicta Phœbeia & Phœbæa, Ouid. Phœbæamque Rhodon, & Ialyſios Thelchinas. Nunquam enim cœlum tam nubilum eſt, teſte Solin. vt in Sole Rhodos non ſit.

Rhutheni.

¶ Rhutheni, Ruſſi, Raſſiani olim & Rhuthones.

¶ Rossia, Rhutenia.

Roma.

Roma, Vrbs proprie per Antonamasiam, Regina vrbium
Romulea vrbs. Valentia prius vocata à robore, quod Græcis Ῥώμη
Vrbs Quirinalis, Martigena, bellicosa, superba, Latialis, potens, Martia Auson. Martia, Roma triplex equitatu, plebe, senatu
Cœli vicaria, Mant. Quo Italia exultat, cœlique vicaria Roma
Roma septicollis quoque dicta à septem collibus. Vrbs æterna dicitur, Suet. Vrbis, ab æternæ. Vrbs togata à Prudentio.

Romani.

Romani, Romulei
Romuli, Romulidæ
Æneadæ ab Ænea
Iulæi ab Iulo, Lucan. lib. 1. Phrigijque penates Gentis Iuleæ
Latiales Romulares. Turba Quirini
Quirites. Romuli gens antiqua, Catul.
Gens Romulea, togata
Troiugenæ, apud Liuium, quod ex reliquiis Troiæ
Dardanij. Rerum domini, Virg.
Romanos rerum dominos gentemque togatam
Celeres. Trossuli. Flexamines.

Romulus.

Romulus, Ῥωμύλος, Martis & Iliæ filius. Romanæ conditor vrbis, frater Rhemi, primusque Romanorum rex. Dictus autem est Quirinus, à Quiri hasta, qua assidue vtebatur, vel quod Cures vicerit, Sil. Armiferi sacra Quirini
Martigena, id est, Marte natus, Mauortius, Ausonius, Romanus potens.

S

Saba.

Saba ciuitas regia AEthiopiæ, quam Cambyses Meroen denominauit, hanc Nilus circundans inexpugnabilem reddebat, & quia thus mittit Thurifera appellata. Item Panthæa, Panthaica & Sabea tellus, Incolæ, Sabæi, Thurifera gens dicuntur.

Sabini.

Sabini, Sabellij, Sabellici, Sanitesque, antiquissimi sunt Italiæ populi indigenæ atque Aborigenes.

Sagittarius.

Sagittarius, signum cœleste, Chiron. Phillyrides Arcitenens, Saturnigena Doctor Achillis
Phillyrius heros, sagittifer, semiuir. Virg. Semiuir arcipotens subit & Capricornus aquosus.

Salamin.

Salamin, siue Salamis, σαλαμὶς & Salamina, insula in Euboico mari, contra Athenas sita, in qua vrbs eiusdem est nominis
Hinc Salaminij & Salaminiaci.

Salamacis.

Salamacis fons in Caria iuxta Halycarnasum, Dictus Venereus.

Salomon.

Salomon, hæbraica dictio, per a in prima scribitur, & interpretatur pacificus, Dauidis & Bersabæ filius
Rex Solymus seu Hierusalem, Mant. Qualis erat festis gradiens ad templa diebus, Splendidus & Salomon spectabilis auro, Polit. Mentis opumque potens Salomon, Sapientissimus habitus.

Sal-

Salmoneus.

Salmoneus, σαλμωνεὺς, filius cuiusdam Æoli regis ventorum, atque Elidis rex, in qua scilicet regnauit, Virg. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas. Dum flammas Iouis & tonitrui imitatur olympi

Æolides, filius Æoli, Mant. Curruque volanti. Aeolidem aggressum tonitru.

Samos.

Samos, Insula in mari Icario, dicta Iunonia, i. sacra Iunoni, Ouid.

Et iam Iunonia læua parte Samos fuerat, ac Threicia, Virg.

Threiciamque Samon, quæ nunc Samothracia fertur

Parthenia prius nominata, vt scribit Varro, fœcunda, illustris, pulchra, vetus.

Samothracia.

Samothracia, vt aliqui scribunt prope Thraciam, cum vrbe eiusdem nominis, insula est

Dardania prius dicta & Leucosia

Gentile Samothrax & Samothracius.

Sara.

Sara Abrahami patriarchæ vxor, à domino Sarai vocata. Isaac mater

Isacipara, Mant. Gentilis Isaciparæ quæ vsurpat nomine Sarræ.

Sardinia.

Sardinia, Insula in mari Ligustico, à Sardo Herculis filio, sic dicta cum prius Sandaliotes ab effigie soleæ appellaretur, & Ichnusa, à similitudine vestigij. Syl. lib. 17. Inde Ichnusa prius Graijs memorata colonis. Mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens Herculis, & sese mutauit nomina terræ

¶ Hinc Sardi, Sardoi, Sardonij, Sardonienses. Et à præcipua ciuitate quod Iole à priscis vocabatur Iolenses.

Sarmatæ

Sarmatæ vel Sauromatæ Scythiæ populi, vagi plerumque domicilia mutantes, plaustris pro domibus vtentes, pascunturq; lacte equino, vnde eos ἱππομολγὰς equorum mulsores. & γαλακτοφάγους lacte vescentes vocant

Hamaxobitæ Pomponio, Hamaxobij Ptolomæo dicuntur, nunc vulgo Poloni. Tartari, Lituani, & Prussi, Vide Moschi.

Saturnus.

Saturnus, κρόνος. filius fuit Cœli & Vestæ

Leucadius falcifer & falcitenens deus Ponti. Miratus & ipse Falcitenens deus

Falciger falcatus, Pomp falce potens teriet Saturnus, Tristis, profugus, senex, Sterculeus à Romanis dictus propter iuuentum stercorandorum agrorum.

Scorpio.

¶ Scorpio & Scorpius, σκορπίος

Nepa. Nepes

Octopes, Oui ὀκτάπους, Venenifer ardens, dirus, mortifer

Mant. vel acuto mortifer vngue Scorpius

Est quoque signum cœleste.

Scylla.

Scylla Phorci fingitur filia, saxum est reddens mare Siculum importuosum, plerumque periculis

Nereia virgo dicitur, Ouid. Illam non auidis canibus Nereia virgo

Phorcis vocatur Fausto, ipsáque Circæa versa est medicamine Phorcis. Immanis, vorax, rapax, impia, latrans, Mant. Nunc vada latrantis Scillæ, nunc ora Charybdis.

Scythia.

¶ Scythia Europæa, σκυθία. Septentrionalis regio, à Scytho Herculis filio (vt inquit Hieronymus) ita dicta Mæotis ora vocatur à Meotide palude

Scythæ.

Scythæ, Scythici, Septentrionales populi

Nomei prius dicti & Magoge, teste Iosepho, à Magog filio Iaphet. Arimaspi, Agathirsi, Geloni

Riphæi, à Riphæis Scythiæ montibus. Virg. lib. 2. Geor. Gens effrena virum, Riphæo tunditur Euro

Mæotij & Mæotici, à Meotide palude, Hyperborei

Tanairici à Tanai fluuio. Sidon.

Telluris Tanaicum rebellem

Bosphorani à Bosphora Thracio Sidoni, Plaudentes stupuere Bosphorani

Borysthenidæ, ab eiusdem regionis fluuio Borysthene longe vberrimo.

Semele.

Semele, Cadmi filia, materque fingitur Bacchi

Cadmæis dicta, Ouid. Talibus ignaram Iuno Cadmæida dictis formarat

Formosa, Euchia, Thebana miserabilis.

Semiramus.

Semiramis, Assyriorum regina formosa, Ouid. Qualiter in thalamos formosa Semiramis esse dicitur: Regina Babylonica vocatur.

Sicilia.

Sicilia, Sicania, Sicula tellus, Trinacria, Tinacris, triquetra, triquetis vocatur. Ouid lib. 1. Metam. Vesta Gigantæis iniecta est insula membris Trinacris, Stat lib. 2. ser. Quid militibus promissa triquetra. Lucretius lib. 1. Insula quam triquetris terrarum gessit in oris. Sicelis ora quoque dicitur.

Siculi.

Siculi, Sicani, Sicanii, Lilybæi à Lilybæo promontorio: Virgil lib. 3. Aeneid. Et vada dura ego saxi, Lilybæi cæcis

Ennæi, ab Enna vrbe

Liparæi & Liparenses à Lypara insula. Sidon. Strauit sub Liparensibus caminis

Taurominitani à Taurominio monte Siciliæ. Neseiades

Arethusii, & Arethusæi, ab Arethusia fonte Siciliæ. Sillius lib. 14. Frigitur subitas in spes Arethusia proles. Claud. lib. 2. de raptu, Quas Arethusæi latices, quas aduena nutrit Alpheus

Agathoclæi, ab Agathocle rege Siciliæ, Sil. lib. 14. Hic Agathoclæis sedes ornata trophæis

Dicuntur etiam ab insulis vicinis Siciliæ, Aeoli. Depranitani à Deprano promontorio Sciliciæ, Sido. Agonem Depranitanum.

Sina.

¶ Sina Arabiæ mons, qui Oreb quoque dicitur, in quo Moses legem accepit.

Sirenes.

Sirenes à Poetis finguntur filiæ Acheloi & Calliopes Musæ in Siculo mari habitantes ; Ouid. Monstra maris Sirenes erant quæ voce canora, Quaslibet admissas detinuere rates

Acheloides & Achealoides dictæ Ouid, Achealoi dumque reliquit Sirenum scopulos. Tyrrhenæ, Acheloiæ volucres

Siculæ, subdolæ, dulces, blandæ, vagulæ, virgines, volucres.

Sisyphus.

Sisyphus pen. cor. σίσυφος, filius fuit Aeoli, Latro in Istmo, qui hospites magno saxo opprimebat, & tandem à Theseo occisus grande saxum supra montem portare & deuoluere cogebatur apud inferos. Ouid. Aut petis aut vrges rediturum Sisyphe saxum

Aeolides dictus & Aeolius senex defessus, inquietus, Infœlix, Hortator scelerum Virg.

Sol.

Sol ἥλιος, Hebræis Schemech dicitur. Assyriis adad. Persis Mitra μίθρα

Phœbus, φοῖβος

Phœbeius orbis, ignicomus, calidus, radiatus

Titan, auus soli s, vnde sol quoque dicitur

Apollo, quasi mala pellens. Pean. ἀπὸ τȣ̃ παίειν

Liber prima Prod.

Ianus, Diespiter, quasi diei pater. Horat. Matutine pater, seu Iane libentius audis

Aorus, Plaues, Pont. Hunc nitidum Phaneta vocant, quod surgat Eoo, Oculus mundi, Cabel, Mundanusque oculis fulgor splendentis olympi.

Strophades.

¶ Straphades, insulæ duæ in Ionio mari, ab aliis Plotæ dictæ.

Symplegades.

Symplegades συμπληγάδες, antepenult. prod. insulæ duæ in Bosphoro, Cyancæ ab aliis dictæ, Sabaudia, vide supra Allobroges.

Siracusani.

Syracusani & Syracusii, & Arethusidæ ab Arethusa fonte Pachino, Syracusisque præclarissimæ Siciliæ vrbi vicino sic dicti. Ouid. vtq; Syracusas Arethusidas abstulit armis Claudius.

Syria.

Syrio Asiæ regio nobilissima continens in se Phæniciam, Mesopotamiam, Palestinam in qua Iudæa, & Babylonia, quæ & Assyria dicitur

¶ Hinc Syri σύροι Serii Siriaci. Indæi, Phœnices

Palestina, à Philistium sic dicti, Orontæi ab Oronte fluuio Phœniciæ.

Syrtes.

Syrtes duo sunt loca siue sinus periculosissimi in extrema Aphrica quas efficit inaccessas mare reciprocum ac vadosum

Paretoniæ à Paretonio vrbe Aegypti dicti. Lepticanæ quoque à Lepti vrbe Africæ. Luca. Vsque Paretonias Eoa ad littora syrtes. Afræ, Lybicen, vadosę, arenosę, barbarę, naufragę, æstuosę, procellosę.

T

Tantalus.

Tantalus Iouis filius, Phrigiæque rex Pelopis infidus pater. Horat.
Garrulus Phrigius senex. Senec.
Vocatur. Sitibundus siccus proditor.

Tartari.

Tartari, Nomades prius dicti.

Tartessus, Carteia, vide Carteias.

Temsa

Tempsa, Temese, τεμέση
Brutiorum oppidum.

Tereus.

Tereus τηρεὺς dissyllaba, rex Thracum Martis ex Bistonide nympha filius
Bistonius rex. Virg. dictus
Odrisius rex, Ouid.
Thracius, Threicius, Ismarius tyrannus. Ouid. Quid scelus Ismarij quereris Philomela, tyranni. Impius, Incestus, infidus, immitis, iniquus Stat. Vt iniquum Terea clamat.

Teucer.

Teucer filius Telamonis regis Salaminis ex Hesiona Laomedontis filia
Laomedontiades hinc dictus. Mant. Laomedontiadē Teucrum genitoris ob iram è patria pulsum Salaminius quoque dictus.

Thales.

Thales vnus ex septem Græciæ sapientibus
Milesius, Mileto genitus, Sido
Thales Mileto genitus vadimonia damnant.

Thebe.

Thebe, bes, Theba, bæ, & Thebarum ciuitas in Aegypto, à Busiride rege Aegypti condita, Græcis Heliopolis. Solis ciuitas vocatur, centum & quadraginta stadiorum quę centum habuit portas. Iuue. Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis venustæ, nobilis inclitæ, claræ, centiflores hecatompolis.

¶ Hinc Thebais, idos Θηβαΐς & Thebaida dæ, ab accusatiuo Græco ac regio Thebaica à Thebe sic denominata, Aegypti pars secundum Nilum, huius frequens mentio in vitis patrum

Est alia Thebe in Bœotia à Cadmo Agenoris filio, aut vt alii volunt, ab Ogyge ædificata, & post ab Alexandro magno euersa, quæ & Draconigera dicebatur, quam hyptapylon vocat Apuleius, quod Septem portas habuerit
Dircæ à Dirce fonte dicta.

Thebani.

Thebani, Thebæi Θηβαῖοι.

Themistocles.

Themistocles, Atheniensis Neocus filius, hinc vocatus
Neoclides. Ouid. Arma Neoclidem qui Persica contudit armis.

Thermodontia.

Thermodontiæ & Thermodontiaci, Sacræ, Aramei, Scithia Asiaticę sunt populi Plin. lib 6 Vltra sunt Scytharum populi. Persæ illos Sacas vniuersos appellauere à proxima gente; antiqui Arameos.

Theseus.

Theseus filius fuit Aegei regis Athenarum

Aegides

Aegides hinc dictus Sido. Atticus Aegides rupit Marathonide quercu Heros Troezenius. Ouid. Hæc Ixionides illic Troezenius heros, Cecropides

Neptunus, à Neptuno patre secundum Plutarchum perfidus, periurus, crudelis, ingratus armiger.

Thessalia.

Thessalia, Aemonia, Pharsalia, Aemathia, Amathetis aut Thessalis ora. Macedonia, prius dicta

Pyrrhæ à Pyrrha Deucalionis vxore

Campi Philippici. Larissa

Mynia Pagatea Pellua arua

Iolciacum solum.

Thessalici.

Thessalici, Thessalidæ, Iolciaci ab Iolcho Thessaliæ ciuitate: Virg. in Cyri Regis Iolciacis animum defigere votis Meliboei, & Melibem. ses à Melibæa vrbe Thessaliæ Pegasæi à Pagasa vrbe Ou. li. 7. Iamque fretum Minyæ Pegasæa puppe secabant.

Atracii Atracidæ, ab Atracio, qui Magicas artes ibidem edocuit

Peneii à Peneo fluuio Thessaliæ, Ouid. Libro. 12. Exigit Atracides. Peneiaque arua pererrat

Lapitheii à Lapithis populis Thessaliæ Idem Ouid. Et tum Lapitheia tecta intrarant

Pelethronii à populis eiusdem nominis, Peliaci à Pelio monte Ouid. 1. Fast. Summaque Peliacus sydera tangat apex

Pheræi. Seneca Pastor Pheræos Delius pauit greges Ouid. in epist.

Ipse repertor opis vaccas pauisse Pheræas Fertur

Amphrysiaci ab Amphryso fluuio. stat. lib. 1. Syl. Ant Amphrysiaco pastor de gramine campi

Pharsalii, Pharsaliei. Luca lib. 6. Qua iuga deuexus Pharsalica porrigit Hemus

Hemonii. Hæmonidæ. Poli in Manto Hæmonidis refer & Brontem, Vulcaniaque antra. Val. Flac. lib. 6. Sunt littore fixi Hæmonidæ

Magnetes & Magnesii à ciuitate Magnesia, fœminia magnesis Magnessa Horat. lib. 1. Car.

Magnessam Hyppoliten dum fugit abstinens

Larissæi à Larissa Thessaliæ oppido

Centaurei à Centauris. Statius

Sperchiusque minax, centaureusque Lycormas

Lapithonii à Lapithis. Idem Stati.

Confudêre modus, puerum Lapithonia nympha

Ossæi ab Ossa monte. Stat. lib. 12.

Nec Ossæi bello cecidere bimembres Pholoetica à Pholoe. Sido. Non sic Pholoetica monstra. Atq; Peletronios. Lapithas Semeleius Euan. Miscuit

Aemathii, Philippæi à Philippis campis Thessaliæ. Luca. Romanas acies iterum videre Philippi.

Thetis.

Thetis idos, vxor Pelei Regis Thessaliæ filia Nerei. Amphitrite.

Achillis mater, primam corripiens inter maris refertur numina, à poetis passim vocatur Nereis, Nerei filia. Ouid. Nereis ingreditur consueta cubilia Doris

Mater Cerulea, aquosa, aquorea, vndiflua, vndosa, circumflua vndiuaga.

Thracia.

Thracia Thraces, es, & Thraca, cæ, Θράκη, Ouid. Armigeram Thracen qui regat alter erit

Lycurgi regna. Ismaria Rhodopeia tellus. Scytonia. Strymonia Bisto-

Bistonia, Bistonis, Schytonis ora
Terra Aedonis ab Aedone monte Thraciæ, Mauortia, gelida, horrida, sæua, bellicosa.

Thraces.

Thraces, Thraci, Thracii, & Thracenses
Mantini, à Mantinis, Thraciæ populis. Virg. in Cyri. Votô Mantina si qui de gente ventris
Ismarii ab Ismaro monte Thraciæ
Pangæi à Pangæo Thraciæ pro montorio. Ouid. lib. 3. Fast. Iamque erat ad Rhodopem Pangæaq; flumina ventum
Odrysii à populis eiusdem nominis Scyonii Edonides
Rhodopeii à Rhodope monte
Abderitani, ab Abdera vrbe Thraciæ. Mart. lib. 10. Abderitanæ pectora plebis habes
Bistones, Bistonii, Bistonidæ à Bistone fluuio
Oeagrii ab Oeagro fluuio Thraciæ. Hinc Orpheus Oeagrius
Aedoni ab Aedone Thracis monte
Bosphorani, Bosphorei, Sidon
Bosphoreis Elephas inglorius ora tributis
Boristhenidæ à Boristhene fluuio Thraciæ Bap. Pius, Mitior ad sæuos aura Boristhenides.

Thule.

Thule insula vltra Britanniam & Orchades vltima ex cognitis à Romanis: Vnde Virg. in Geor. Tibi seruiat vltima Thule. Nunc Islandia vocatur. Terra glacialis Vlterior terra inuentaque Groniandia Finlandia seu Finnonia, vt Plin. scribit, & Laponia.

Thusci.

Thusci, Ethrusci. Tyrrhenni

Thyestes.

Thyestes Pelopis fingitur filius Atrei frater, Tantalique nepos
Tantalides hinc dictus Ouid. Tantalidæ fratres absint & Iasonis vxor. Dirus, crudus, rigidus, sæuus

Tigris.

Tigris τίγρις è paradiso terrestri creditur habere originem propter velocitatem sic dictus, nam instar belluæ nimia volocitate decurrit pergitque contra Assyrios
Achæmonius dictus, i. Persicus ab Achæmone Persarum rege. Claud. Misit Achæmonio quicquid de Tigride Mædus Violentus, rapidus rapax, celer.

Tityus.

Tityus, trisyllab. Terrę creditur filius, tantę magnitudinis gigas vt iacens nouem occuparet iugerat Ouid. Viscera præbebat. Titius lanianda, nouemque iugeribus districtus erat
Alumnus terrę hinc dictus. Virg. Nec non & Tityum terræ omniparentis alumnum
Et Terrigena, Statius, Terrigenam Titium. Fœdus, incontinens.

Tongrinum.

Tongrinum, Octauia dicebatur quum regni caput esset condita à Torgoto, 596. annis ante Christi aduentum
¶ Tongri Galliæ Belgicę populi vulgo Brabantini vocantur.

Traiectum.

Traiectum Mosę à traiiciendo sic dictum, & superius vocatum, Brabantiæ

bantiæ collimitaneum, à nonnullis Aduaticum vocatur.

¶ Traiectum inferius, quod & Vltra traiectum & prius Wiltaburgum vocabatur, nunc Archiepiscopi sedes.

Troia & Troiani.

Troia. Teucria

Dardanea. Pergamus

Troas, ciuitas ipsa, teste Hier. & regio in qua Troia

Ilion & Ilios, celeberrima olim Phrygiæ ciuitas

Arx erichthonia, Priameia regna

Sanctis in Rhemi ripa olim parua Troia dicebatur, est sub ducatu Cliuensi, condita à Troiade. Vetera nuncupatur à Cæsare

¶ Troiæ Epitheta. Vetus, antiqua periura, perfida, Dardana, Phrygia, Idea, Hectorea, Laomedontæa à rege Laomedonte

Troiani. Troes. Troici. Troiugenæ, Erichthonii ab Erichthonio filio Dardani Virgil. In Culice vrit Erichonias oriens cum ignibus arces. Idem Erichthonias prostrauit funditus arces

Idæi ab Ida monte. Ilij. Iliaci, Iliadæ, Æneadæ, Hectorei, Hectoridæ, Dardani, Dardanii, Dardanidæ, Teucri, Teucrigenæ, Phryges, Phrygii, Rhœtæi à promontorio Troiæ, vt Sigæi Pergamei

Laomedontæi, Laomedontiadæ, Anchisæi, Anchisiadæ, Primæi, Priamidæ

¶ Troianæ mulieres, Troades, Iliades, Teucrides, Dardanides.

Troueris.

Treueris, oppidum vetustum in Gallia Belgica

Augusta Treuirorum, quod Romani olim insignem curiam causarum cognoscendarum ibidem habuerint sic dicta. Hinc Treuir.

Treuiriorum, & Treuirenses populi.

Tunetum.

Tunetum, aliter Tunitum. τυνὴ, ciuitas Aphricæ seu Lybię, regis Libyci Metropolis, cuius incolæ Tunetæi & Tunicæ, τυνοαῖοι, qui & Aphri seu Aphricani.

Tyber.

Tiber, eris, Tybris, bris, & Tyberis huius Tyberis, & in sacris Tiberinus. Italiæ fluuius, qui prius vocabatur Albula ab aquarum colore, Ouid. lib. 2. Fast. Albula quem Tyberim mersus Tyberinus in vndis reddidit, hybernis forte tumebat aquis

Tyberina palus, apud Prudent.

Appoeninigena. Ouid. Appoeninigenæ quam proxima Tybridis vndis. Romuleus, Tuscus, Ausonius, arenosus, altus, nubilus, Tyrrhenus.

Tydeus.

Tydeus, filius fuit Oenei regis Aetoliæ seu Calidoniæ

Oenides hinc dictus. Stat. Aduolat Oenides

Oenius, Achelonius heros. Stat. Ecce furens rapto venienti Oeneius heros

Impiger, Egregius, fulmineus, turbidus, cruentus.

Typhæus.

Typhæus, trysil. alio nomine Tiphon & Typhos. Similiter Terrę filius fingitur, & Gigantum omnium ferè maximus. Centimanusque & anguipes Ouidius, Nec quo Centimanum deiecerat igne Typhæa, arduus

arduus, vastus, tetricus, terribilis, ferus, immanis.

V

Venetia.

Venetiæ, olim Henetia dicebatur, authore Seruio, meliusque aspiratur, & frequentius plurali numero Venetiæ ἐνετίαι in mari Adriatico, ciuitas insignis

Vrbs aquosa dicitur, Sab. pater vrbis aquosæ. Dexter ades cœptis. Ab Henetis populis sic dicta, qui post Bellum Troianum cursum huc è Paphlagonia tenuere, authore Pli.

Veneti, Heneti, Paphlagones prius dicti.

Venus.

Venus amoris dea fingitur formosa, & è maris spuma orta. Vnde vocatur Aphrodita. Aphrogenia ἀφρογενία & Aphrodisia diuersa habens nomina à locis vbi Venerem summis honoribus coluerunt

Amathesia, Amathasus, & Amathuntis, ab Insula maris Aegei, quæ Amathus dicitur

Citheris, Cithereis, Cithera, & Citherei à Cithera vrbe

Cypris, Cypria, Cyprigena, Erycina in Cypro genita, Mantuanus

Cyprigenæ campos

Idelis Idalii regina

Idali, à monte Cyprio Idalio

Papha, Diua, Paphi, Claud.

Alcidalia, ab Alcidalio fonte Bœotiæ

Dioniæa, à Dione matre. Ausonius Sacra Dioneæ matri

Spumigero orta salo

Nata freto. Mant.

Genetrix Aeneia, Aeneadum

Luxuriæ nutrix

Scortorum præses & magistra

Mater adulterii, libidinum, amorum Mant. Mater adulterii Venus est ac stuprique repertix

Ebria insana, vino madens. Ignea incentiua, salax, nefanda, incesta, desultoria, fallax, blanda, voluptuaria, deliciosa, iucunda, lasciua, perniciosa.

Vesperus.

Vesperus sub solis occasum refulgens. Vesper.

Vesperugo, hesperus

ἕσπερος, cum aspiratione

Nuncius, index noctis, apud Senec.

Virgilius.

Virgilius, Maro Andinus heros

Andius seu Andæus vates à viro quodam patria Virgilii, qui Andes vocabatur iuxta Mantuam

Latialis Homerus, apud Faust.

Homerus, Mantuanus, Maro

Minciades, Iuuenal. Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis

Mincigena quoque dictus, à Mincio fluuio, Mant. Et Iota Maronis æquora Mincigene doctus

Facundus, Fatidicus, altiloquus, grandisonus. Castalius.

Vlysbona.

Vlysbona, aut vt alii scribunt, Vlyssybona & Olisyppo, ciuitas in Hispaniæ, Portugalliæ metropolis, hodie Lysbona vocatur, ab Vlysse condita. Strabo Vlysseam appellari scribit.

Vlysses.

Vlysses, Græce ὀδυσσεὺς, filius Laertæ regis Ithaces

Laertiades à Laertia prole: hinc dictus, Laertius heros

Dux Naritius ab insula Narito

Dux Dulichius, Ithacus, Ithacensis, a locis in quibus regnauit

Labo-

Laboriosus, callidus, prouidus, disertus, fallax, subdolus cautus, varius tardus, Pellitropus.

Vrsa maior & minor, vide *Arctos sub litera A.*

Vulcanus.

Vulcanus, filius Iouis & Iunonis, prius dictus Mulciber, quod ferrum mulceat: Ouid. Mulciberis capti Marsque Venusque dolis.

Lemnius, cognominatus ab Insula Lemnom quam cœlo deiectus decidit, vbi officinam dicitur habere, & deorum arma fabricare, Iouisque fulmina

Iunonigena quoque dictus Iunonius, Iouialis, Iunonia proles

Rex ignis flammeus, ardens, ferrugineus, puluerulentus niger claudicans, Faber Iouis

Pater Lemnius Virg. Hæc pater Æoliis properat dum Lemnius oris.


FINIS.

LONDINI
Apud IOHANNEM BILLIUM,
1619.

Christus [illegible] lethum
sufferebat acerbum




BRITISH
18 AP 1905
MUSEUM



Hec quatuor uerba sunt legi quator vias

Sator
Arepo
Tenet
Opera
Rotas

SATOR
AREPO
TENET
OPERA
ROTAS



Robert
Woodhouse
Booke
For
1637

Robert woodhouse his Booke

Robert Wharton

Edward

1636

1637

1637

646550

Edward

Edward